

**VISITA APOSTOLICA**  
**DELLA CITTA' DI CHIERI**  
**(ARCIDIOCESI DI TORINO)**

COMPIUTA DA MONS. ANGELO PERUZZI,  
VESCOVO DI SARSINA,  
Per incarico del papa gregorio xiii,  
NEI GIORNI 28 OTTOBRE – 5 NOVEMBRE 1584

*Trascrizione E traduzione*  
*A cura di antonio mignozzetti*

*Luglio 2019*

## VISITATIO COLLEGIATE

### LOCI CHERII

Die 28 octobris 1584,

Superscriptus Rev.mus Dominus Visitator, extremam manum imponendo visitationi locorum insignium, recedendo ab insigni loco seu oppido Montis Callerij, pervenit ad insignem locum et terram valde nobilem Cherij, cui obviam venere quamplures ex nobilioribus dicte terre et in eius introitu omnes universaliter gavisi fuere et, processionaliter ingressus, pervenit ad parochialem et Collegiatam Ecclesiam Sanctae Marie Assumptionis, et in qua cellebrata missa, habitoque sermone ad populum et demum facta absolute defunctorum in formam

Visitavit SACRAM HEUCHARISTIAM, quam vidit asservari in pariete a latere sinistro Altaris Maioris in quadam fenestrella deforis aurata, ornamentis marmoreis valde pulchris. Nihilominus vidit non dari accessum ad ipsum Sacramentum nisi cum indignitate et maxima incommoditate cum imprimis accessus ipse non detur nisi sacerdos ascendat super quodam altare ad quod fere quotidie Missa celebratur, et inde Sacramentum extrahitur summa cum difficultate et etiam periculo scandali; fenestrella ipsa non est intus circumtectata, et clavicula non est aurata et unica lampas ardet coram eo cum

572 v

Lampadario minus honorifico, propterea ordinavit imprimis provideri de custodia seu tabernaculo ligneo convenientis forme deforis aurato, intus panno serico rubri coloris circumtecto, clave fida et auranda munito, super Maiori Altari locando et perpetuo retinendo, et provideri de lampadario magis honorifico.

Et quia Ecclesiae ipsae cura imminet animarum, unus tamen Curator abetur qui inter Canonicos et Capitulum dignitatem obtinet Archipresbiteralem, et sub cura dicte Ecclesie adsunt anime sex mille ex quibus ad communionem pre etate idonei et habiles sunt quatuor mille vel circa, et idem Archipresbiter cui principaliter incumbit curam animarum unicum tantum habet Capellanum qui una secum onus ipsarum sustinet animarum, qui anne sufficiat tanto oneri inferius discutendum et terminandum erit. Interim ut audivit in eadem Ecclesia habentur unus Prepositus qui est prima dignitas, unus Archipresbiter, unus Cantor, et tredecim Canonici qui diurnis offitijs incumbunt tam nocturnis quam diurnis et missam conventualem cantant et Misse plane plures cellebrant, sed non in eo numero pro ut deberent, que omnia discutienta et terminanda reservavit in Congregatione Capitulari una vel pluribus et prout expedire visum fuerit.

Interim proseguendo visitationem

573 r

Habuit quod in Pascate sacra Communio mixtim et viris et mullieribus ministratur, in calice tamen, quia vas aliud ad id non habetur, vinum purificationis in vase vitreo compositatur, et nihil post communionem importune petitur, sed quod pro largitione datur id accipitur cum gratiarum actione,

quod recipit sacrista qui pendet a Capitulo. Nescitur vero an parochiani omnes sint communicati quia nulla facta fuit descriptio; propterea ordinavit fieri decentem librum unum aurandum et ornandum ut supra in quo describi mandavit quotannis omnes doli capaces eidem Cure subiectos et neminem deinceps ad sacram communionem admitti nisi qui vel fuerint ipsi curatori confessi aut de eius licentia aliis sacerdotibus ab ordinario probatis.

AD INFIRMOS honorifice Sacramentum adfertur, quia, dato signo campane, confratres de societate conveniunt et, cum luminibus non paucioribus quatuordecim, Sacramentum sub baldachino concomitantur et plures semper particulae adferuntur, et que supersunt ad Ecclesiam eodem semper honore adportantur quo delate fuere ad infirmum. Cum autem laterones aliqui non habeantur, ordinavit ad minus de duobus provideri.

573 v

Cura autem ipsa se extendit per duo milliaria, et ad infirmos ita ab ecclesia distantes Sacramentum non adfertur, sed fratres diversarum religionum eisdem administrant Sacramentum Poenitentiae, ac et ut dictum fuit, corpora iuniorum absque etiam licentia Curatoris tradunt ecclesiastice sepulture. Propterea ordinavit religiosos omnes evocari ad audiendum super inde quamcumque terminationem et ordinationem.

MATRIMONIA publicantur in Ecclesia et in eadem per verba descripta contrahuntur et sponsi et sponse per curatum ipsum matrimonialiter coniunguntur, previa anuli benedictione, et sponsi et sponse in sera aut in meridie benedicuntur. Propterea ordinavit sponas et sponos omnes de cetero benedici non debere nisi in mane et infra missarum solemnia cum decreto etiam quod deinceps matrimonia aliqua publicari non debeant nisi ipsi curato constiterit sponsum et sponsam comode scire recitare orationem dominicam. Nomina contrahentium in libro quidem describuntur, sed indecente, propterea ordinavit alium librum fieri modo quo superius.

574 r

MULIERES POST PARTUM domi proprie absolvuntur absque aliquo ritu propterea ordinavit servari que in libro rituario seu sacreinstitutionis continentur.

DOCTRINA CHRISTIANA non docetur, propterea ordinavit eam docere et pueros omnibus diebus festis sono campane convocari, et societatem doctrine cristiane institui iuxta formam Bulle Pii Pape Quinti.

Visitavit deinde FONTEM BAPTISMALEM quem vidit situm in capella separata sub titulo Sancti Ioannis et vidit ipsum esse lapideum ac etiam duplicem et in uno vidit asservari aqua baptismalis et in alio subinfundi aqua dum baptizantur infantes. Vidit aquam ipsam satis mundam esse et eam audivit renovari quolibet anno, vetustam vero prohiere in piscinam. Et quia casu oblatus fuit infans, idem rev. mus dominus Visitor videre voluit ipsum baptizari et per ea quae vidit cognovit sacramentum ipsum satis rite ministrari nec abusum aliquem committi. Ordinavit tamen fontem ipsum ballaustris ligneis torno bene laboratis circumcludi et pyramidem fontis predicti conopeolo lineo semper coopertum retineri, et prout infra, cum decreto quod deinceps nullus admittatur in

Patrinum seu matrinam nisi prius comode ac intelligibili voce recitaverint orationem dominicam, et quod fieri vasculum argenteum cum suo manubrio ad infundendam aquam ut etiam alibi sepe ordinatum fuit.

Vidit deinde vasculum quondam aeneum satis decens in quo oleum Extremae Unctionis asservatur, quod ut audivit defertur ad infirmos per sacerdotem cotta indutum et ornatum stola ac cruce precedente sine hasta, ut anima agonizantium comendatur con-gruo tempore. Sed quia infirmus deseritur, ordinavit de cetero infirmum ipsum non de-relinqui nisi quousque expiraverit.

Vidit deinde aliud vasculum stanneum bipartitum in quo asservantur sacra olea Chrismatis et catecumenorum quae quotannis renovantur, vetusta comburuntur et deinde in sacrarium eiciuntur.

Idem Archipresbiter qui ut curator existit ut supra, apud Ecclesiam ipsam residet personaliter in domo Archipresbiteratus et semper est presto votis quorumcumque et dum implicatus existit et impeditus in actibus cure animarum, excusatur a choro et nihilominus participat pro ut ceteri qui divinis

Intersunt personaliter ut affirmarunt rev. Dom. Prepositus et Canonici. Verum tamen esse dixerunt omnes emolumenta omnia incerta ex cura ipsa pervenientia dividuntur precisim inter eos de Capitulo, et ipse Archipresbiter pro utili tamen particeps efficitur et ita etiam particeps est quorumcumque onerum et impensarum occurrentium.

Visitavit deinde SACRISTIAM quam vidit esse satis amplam et capacem. Et ut audivit, nullos redditus habet separatos pro manutentione ornamentorum et subventionem ministrorum, sed omnia onera sustinent Canonici et Capitulum predictum. Verum tamen esse dictum fuit quod Canonicus quilibet pro novo ingressu solvit scuta octo et insuper mediante fructum prebende, licet quandocumque fiat remissio medietatis, et sic quartam partem fructuum quilibet dat in primo anno.

Prepositus vero pro ingressu solvit scuta viginti quinque, et Archipresbiter et Cantor scuta duodecim et partem fructuum primi anni ut supra. Que pecunia et fructus predicti applicantur sacristie et ex ipsis conficiuntur paramenta et alie sustentur impense necessarie.

Propterea idem Rev.dus Dominus Visitator decreti imprimis bullam Pii Quinti superinde emanatam observari et etiam exhiberi sibi computa et fructuum presentorum et etiam pecuniarum de quibus supra. Et ut dictum fuit etiam capellani per antea consueverant pro ingressu solvere scutum unum quinimo et illud quilibet promittit sed postmodum solvere pretermittunt, propterea ordinavit evocari omnes capellanos ad allegandum causas quare gravare non debeant alias.

Et successive visitationem sacristie prosequendo, vidit ipsam munitam ornatis paramentis, ornamentis, pluvialibus, tunicellis, planetis cum suis stolis et manipulis omnium colorum et in numero congruenti. Interque vidit etiam pluvialia aliqua pretiosa ac planetas sericas et tunicellas. Vidit deinde calices quatuor ex quibus duo sunt aurandi cum suis patenis, propterea aurari mandavit. Vidit deinde corporalia, purificatoria in numero congruenti, et decentia pariter vidit missalia, breviaria et alios libros pro divino cultu necessarios. Est itidem sacristia ipsa munita

lavatorio et oratorio. Et quia in sacristia ipsa habetur unicum altare sub titulo Conceptionis Glorioso Virginis,

576 r

Audivit ad ipsum semel in anno missam in cantu celebrari, videlicet in die festo Conceptionis et etiam cantatur vespere et est lateritium absque altare portatile quod apponitur cum ad ipsum missa celebratur.

Visitavit deinde Altaria omnia dicte Ecclesie. Et ab ALTARE MAIORI exordiando, vidit latera utraque ipsius Altaris latentia esse et reliquum ipsius esse lapideum marmoreum et consecratum. Vidit deinde illud bene munitum Cruce argentea valde pulchra, candelabris aeneis et omnibus suis necessarijs bene munitum. Ad ipsum Altare nulla habetur particularis obligatio nisi quod altare ipsum est commune omnibus de Capitulo et quotidie cantatur missa conventualis et ultra missa conventuali cantatur missa pro defunctis in die lune. Die autem Mercuris et die Veneris cantatur etiam Missa pro defunctis ultra ipsam conventualem ex legatis iisdem Capitulo factis, et ultra predicta quolibet etiam die Lune canonici et Capitulum cantantes responsorium Libera Me Domine circumeunt cemeterium et faciunt suffragium pro defunctis. Et Capella maior dicitur spectare ad nobiles de Balbis

576 v

Et de Simeonis, cui etiam capelle factum fuit legatum annuum de scutius duobus, quod legatum solutum non fuit a multis annis citra. Et fenestre vitrate indigent multa reparatione. Propterea ordinavit sibi exhiberi testamentorum animos.

ALTARE IN EADEM CAPELLA MAIORE et prope Altare Maius ad sinistrum latus est lateritium cum altare portatile satis parvo propterea ordinavit provideri de alio ampliore. Et quia vidit etiam Altare satis angustum, decrevit Altare ipsum debere ampliari tam in longitudine quam in latitudine et provideri de scabello seu gradu ligneo ampliore ita quod sacerdos comode consistere valeat super eo et genuflectiones facere absque indecentia.

Ad ipsum Altare tenentur Canonici et Capitulum qualibet die Jovis Missam cantare solemnem cum ministris Diacono et Subdiacono ex legato eisdem facto per rev. Dom. Henricum Rampardum olim canonicum dicte Ecclesie et ad idem altare societas veneranda Corporis Christi ex devotione missam unam planam celebrare facere, qua die etiam SS. Sacramentum processionaliter circumfertur sub baldachinis pluribus luminibus concomitantibus. Et inter cetera luminaria,

577 r

Quatuor adsunt intortita cere albe ponderis librarum quinque pro qualibet serenissimi Ducis. Et alia quatuor minoris tamen ponderis ex legato olim facto per dominam Ellenam Bertonam. Et alia quatuor Societatis Corporis Christi ita quod numquam desunt duodecim intortitia ubi et quando Sacramentum ipsum processionaliter circumfertur. Et alia habetur societas, nuncupata Societas Frequentationis Sacramenti, cuius confratres et consorores qualibet prima die dominica cuiuscumque mensis sacram communionem recipiunt ad altare illorum de Balbianis et de quo infra.

ALTARE SANCTI SEBASTIANI extra Chorum immediate ad latum sinistrum, extra omnem Capellam, est lateritium et absque aliquo ornamento excepta quadam icona antiqua propter antiquitate fusca effecta. Propterea decrevit altare ipsum vel demoliri et prorsus removeri vel ornari icona pulchra cum suis ornamentis et cortina linea cerulei coloris, ac unico baldachino decenti super ipsam locando, insuper et muniri cruce pulchra cum suo pede decenti, duobus candelabris aeneis, tribus tobaleis, unico pallio se-rico rubri coloris et scabello seu gradu ligneo lato et comodo

577 v

Ac decente. Quae omnia intimari mandavit domino Bardassarri de Boschetis qui pre-tendit, ut dicitur, jus in eo, ne ignorantiam valeat pretendere de preceptis. A quo si abebitur responsum negativum, mandavit incontinerter altare ipsum demoliri; si vero affirmativum dederit responsum tunc sibi decrevit terminum sex mensium ad precepta exequendum, a quo termino elapso et preceptis non executis absque alio mandato adhuc altare ipsum demoliri nisi aliquis alius compareret qui vellet precepta exequi demandata.

ALTARE SANCTE BASILICE SENIORIS est sub Capella satis decente, obnubilata tamen pulvere conglutinato. Est ornatum Icona satis fusca et caret Cruce et candellabris. Est tamen dottatum et est effectum beneficium collativum et ad liberam collationem Ordinarii. Illius est Rector dominus Carolus Brolia, canonicus dicte Ecclesie, et qui de presenti abest et moratur in curia ab anno citra vel circa. Habet in annuo reddito scutta quindecim monete cum onere celebrandi tres missas in hebdomada diebus ferialibus, quod onus persolvitur per unum ex fratribus Sancti Augustini durante absentia dicti rectoris et canonici. Decrevit tamen imprimis capellam ipsam

578 r

Debere tota dealbari, iconam lustrari et altare muniri cruce pulchra ut supra ac duobus candellabris aeneis in termino duorum mensium.

ALTARE SANCTE CATHERINE sub Capella satis decente sed et ipsa valde nubilata et habet Iconam licet parvam satis tamen decentem. Altare est lapideum non tamen consecratum. Caret Cruce et pallio, est tamen beneficiatum ad liberam collationem Ordinarii. Illius est Rector rev. D. Gaspar Visca qui etiam est canonicus dicte Ecclesie et habet in annuo reddito scuta quadraginta cum onere celebrandi ter in hebdomada ad libitum Rectoris. Et ut divinus cultus decentius peragatur, ordinavit capellam ipsam imprimis dealbari debere et altare cruce et pallio decentibus muniri. Item et solum ipsius capelle quod altius apparet ordinavit solo Ecclesie coequari et deinde bonis lateribus complanari. Et ut dictum fuit, onus quod ipsi incumbit persolvitur per capellanum ad id conductum. Et quia misse absque aliquo ordine sed pro libito voluntatis celebrantur, decrevit servari in futurum que inferius statuentur.

ALTARE SANCTI IOANNIS EVANGELISTE est sub Capella

578 v

Tota picta et valde pulchra, caret tamen Icona, Cruce, candelabris, tobaleis et pallio, et tribus gradibus ascenditur ad eum. Est etiam dotatum et dicitur de jure patronatus laicorum dominorum de

Bertonis. Illius Rector est dominus Thomas Comellus canonicus in ipsa Ecclesia et est sacerdos et habet in annuo reddito scutta quadraginta auri que partim percipiuntur ex locis Comperarum Sancti Georgii civitatis Janue et partim ex quinque jornatis terre vitate in interritorio Cherij in loco dicto Monticello, et habet in onere celebrandi quinquies in hebdomada ita quod non habet diem aliquem exceptum nisi diem iovis si in ea non cadit festum aliquod quia teneretur etiam tunc celebrare. Ut tamen divinus cultus in ipso altare decentius peragatur, decrevit imprimis altare ipsum deprimi debere et removeri gradus illos et aequari solo Ecclesie et deinde altare ipsum ornari icona pulchra cum suis ornamentis et cortina linea cerulei coloris. Item et muniri cruce pulchra cum suo pede decente et duobus candellabris aeneis, tribus tobaleis ac uno saltem pallio de coreo aurato et gradu seu scabello ligneo congruente, que omnia fieri ordinavit in termino sex mensium proximorum futurorum.

579 r

Et quia ad latus dexterum ipsius altaris habetur super terram mausoleum quodam sive sepulchrum in quo sepultum est corpus illius qui capellam ipsam fundavit et forsitan dotavit, nomen Beneventus Bertonus, propterea ordinavit mausoleum ipsum debere quamprimum removeri et ossa ipsius sub terra sepeliri sepulturamque ipsam cooperiri eodem met lapide quo nunc mausoleum ipsum est coopertum et ita tamen solo equari ita ut nullum prorsus prestet impedimentum. Et quia audivit onus celebrandi persolvitur per capellanum cum rector ipse sit sacerdos, propterea monuit ipsum rectorem ipsumque hortatus fuit ad onus ipsum personaliter persolvendum.

ALTARE CORPORUM SANCTORUM sub Capella tota fere devastata cancellis tamen ferreis cancellata. Et altare ipsum est lapideum et satis indecens. Et retro ipsum altare habetur reliquarium et multe Sanctorum reliquie recunduntur et multa corpora Sanctorum in capsulis sunt recundita, decenter quidem prout patitur situs dicte capelle. Cum autem viderit Altare ipsum tam indecenter se habere, valde miratus fuit quod ubi habetur thesaurus tam magnus incomparabilis, sit ita

579 v

Indecenter retentus. Propterea duxit ad memoriam Comunitatis et Consilii dicte Ecclesie reducere merita Sanctorum predictorum hortavitque etiam ut de publico capellam ipsam honorabilem reddant eamque debitis hornamentis cohonestare vellent et altare ornare item et dotare, ut possint ad ipsum misse celebrari et a populo frequentari. Ad ipsum tamen tenentur Canonici et Capitulum singulis diebus dominicis celebrari facere missam unam, quod onus persolvitur per capellanum ad id deputatum.

ALTARE SANCTE CRUCIS sub Capella, non tamen dealbata, et icona est tota quasi fumigata. Caret Cruce, tobaleis et pallio, non est dottatum nec est qui curam habeat de eo cum tamen sit sub capella et ad ipsum sacra communio ministretur. Ordinavit propterea Iconam ipsam lustrari et de cruce, cortina et pallio decentibus provideri.

ALTARE SANCTI IULLIANI de Vallimbervis est beneficiatum et ad liberam collationem Ordinarii licet positum fuerit in controversiam quod esse dicitur de jure patronatus de quo tamen non costitit. Illius Rector est dominus Bernardinus Sodinus qui est sacerdos et habet

In anno redditum scutta sexdecim Sabaudie cum onere celebrandi ter in hebdomada, quod onus persolvitur per unum ex fratribus sancti Francisci de Observantia. Intimavit capellam ipsam dealbari et gradum lateritium removeri et solo ecclesie coequari, providerique etiam de cruce et pallio decentibus.

ALTARE SANCTE BASILICE JUNIORIS est sub Capella ab una parte remota et est tota obnubilata. Altare est lateritium cum altare portatile inserto et est satis competenter munitum suis necessariis. Est dotatum et beneficiatum et dicitur de jure patronatus lai-corum De Villa. Rector est dominus Manfredus de Albertis, Cantor in Metropolitana Ecclesia taurinensi et habet in annuo redditu scuta centum et ultra cum onere celebrandi omnibus diebus Dominicis et quater in ebdomada quod onus persolvitur per unum ex patribus Sancti Augustini.

ALTARE SANCTI PETRI in inferiore parte Ecclesie et terga vertit versus Altare Maius. Habet Iconam cum tribus statuīs satis decentibus. In reliquis, tamen, altare ipsum est destitutum omnibus necessariis, non est dotatum nec beneficiatum.

Ad Altare ipsum tenentur tamen canonici et Capitulum celebrare facere Missam unam in hebdomada. Decretavit nihilominus altare ipsum vel demoliri vel muniri Cruce, candellabris, tribus tobaleis, pallio et scabello seu gradu ligneo sumptibus capituli si aliquis non appareat qui ad id teneatur. Cum decreto quod gradus lateritii removeri debeant et altare ipsum ita iclinari un scabellum ligneum ressideat et locetur super pavementum Ecclesie.

ALTARE SANCTI ELIGII ET ALTARE SANCTAE AGATE in inferiori parte Ecclesie ad utrumque latus maioris partis ecclesie decrevit utrumque demoliri et quam primum penitus removeri.

ALTARE SANCTE ANNE EST LAPIDEUM cum altare portatile valde pulchro et ornatum pulchra icona et est satis competenter munitum suis necessariis excepta cruce de qua mandavit provideri. Ad ipsum Altare tenentur Canonici et Capitulum quotidie celebrare facere Missam unam in aurora, quod onus debite persolvitur per sacristam ipsius Ecclesie cum annua mercede scutorum viginti quinque. Item et ad ipsum altare canonici et Capitulum predictum cantant primas vespere et in die (festivitatis Sancte Anne) missam celebrant in cantu

Et die sequenti missam aliam in cantu pro defunctis cum certis suffragiis quia ad haec omnia tenentur ex legatis eisdem factis.

Ad ipsum altare Societas Sutorum celebrare facit Missam unam et sutores ipsi solvunt florenos quinquaginta eisdem Canonicis et Capitulo propterea ordinavit sutores ipsos debere capellam ipsam dealbari facere item et muniri altare cruce una pulchra et pallio uno serico albi coloris pro solemnitate et festo Sancte Anne.

ALTARE SANCTI SEPULCHRI est sub Capella cum pluribus statuīs terreis et pre antiquitate fere consumptis. Quod altare libenter demoliri fecisset cum ut vidit statue fere omnes fuerint vel a pueris insipientibus vel ab hereticis iniquis deturpate. Propterea ordinavit, stante populi devotione, statuas ipsas omnes perpoliri et deinde cancellis saltem ligneis statuas ipsas concludi ita



quod ad statuas ipsas temeraria manus extendi nequeat in futurum. Et quia quidam Franciscus de Angellinis jus pretendit in capella ipsa cum in ea habeat sepolturam, non tamen subterranea nec [...], propterea ordinavit deinceps non pati quod solum ipsius capelle suffodiatur sed intimari voluit et mandavit eidem Francisco ut quamprimum sibi fabricet

581 v

Seu construat sepulchrum vas nuncupatum subterraneum et deinde solum ipsius capelle lateribus complanare et capellam facere dealbare.

ALTARE SANCTI THOMAE, sub Capella decente, quod dicitur spectare ad nobilem virum Melchionem de Tanis, caret omnibus cum nec iconam habeat decentem nec fenestram vitratam et capella ipsa tota obnubilata et a latere sinistro ex prospectu cuiusdam fumi seu camini fontis baptismalis retro existentis. Propterea ordinavit ab eo latere muniri seu parietem fabricari in altitudine usque ad arcum fornicis ita quod fornix ipsa tantummodo remaneat et ab eo latere solum Capelle lateribus complanari, fornicem deinde et residuum capelle dealbari, fenestram vitrari et altare icona pulchra ornari et muniri Cruce, candellabris, tobaleis et pallio honorifico et hoc decretum intimari mandavit eidem domino Melchioni, qui, si prescripta facere reccussavit in termino trium mensium, eundem privatum declaravit quocumque pretenso jure, et altare ipsum cum capella assignari cuicumque voluerit precepta omnia executioni mandare.

ALTARE SANCTI JOSEPH sub Capella congruente, et est ornatum icona satis decente. Altare tamen caret Cruce, tobaleis et pallio, propterea ordinavit ipsum muniri

582 r

Cruce pulchra cum suo pede, tobaleis tribus et pallio decente, et insuper ordinavit capellam ipsam debere dotari per Societatem Fabrorum Lignanorum, alias mandavit Societatem ipsam removeri ab omni jurisdictione dicte capelle.

ALTARE SANCTI JOANNIS BAPTISTE, in Capella baptismali, est quidem lapideum sub viculo vel capellula satis decente et est ornatum icona satis pulchra. Non est tamen munitum tobaleis neque pallio et parietes dicte trunule a fornice infra sunt conspurcate, propterea ordinavit parietes ipsas ab utroque latere dicti altaris dealbari et altare muniri cruce pulchra cum suo pede decente et tobaleis tribus et uno saltem pallio de coreo aurato aut serico, arbitrio patronorum qui sunt nobiles de Tanis. Ad quod altare traslatus est titulus sancti Nicolai qui dicitur de jure patronatus laicorum eorundem dominorum de Tanis. Cuius est rector dominus Jacobus de Gallieris, prepositus ecclesie parochialis de Puerino, et habet in annuo reddito scuta quadraginta cum onere cele-brandi omnibus diebus festis de precepto, quod onus persolvitur per capellanum ad id conductum.

582 v

Et quia vidit Capellam ipsam baptismalem adeo fabricatam ut circum circa plures habeat trunulas que sunt valde rudes, propterea ordinavit trunulas ipsas omnes debere incrustari et dealbari et quia fons baptismalis qui in eadem habetur est valde parvus et non respondet magnitudini capelle

predicte ita quod videtur quasi res parva in magno situ, propterea ordinavis fieri debere fontem baptismalem amplum marmoreum illumque situari in medio ipsius capelle et circumcludi ballaustis, et pyramidem aplam et magnam super eo apponi, conopeolo cooperiri et alia circa ornatum fontis et administrationem sacramenti Baptismatis servari que in decretis generalibus statuentur, et fenestras omnes orbiculatas debere vitrari.

ALTARE SANCTI MARTINI, sub Capella decenti, in reliquis tamen male se habet quia non habet iconam nisi tres statuas membris truncatas et valde indecentes. Est tamen beneficiatum et dicitur de jure patronatus laicorum dominorum de Dianis. Illius Rector est Horatius Dianus qui non cohabitat in partibus et ut dictum fuit non incedit in habitu clericali, et habet in annuo reddito scuta octuaginta vel circa, cum onere celebrandi omnibus diebus festis in aurora, quod onus persolvitur

583 r

Per unum ex canonicis dicte Ecclesie, cum annua mercede scutorum quattuordecim. Cum autem vidisset fenestram vitratam totam obnubilatam et pulvere et araneorum tellis, ordinavit fenestram ipsam imprimis restaurari et sanari, statuas de dicto altare removeri, altare ipsum ornari icona pulchra et muniri cruce pulchra ut supra ac tobaleis tribus et deinde capellam ipsam totam dealbari. Ad altare ipsum tenentur canonici et Capitulum qualibet prima die sabbati cuiuscumque mensis, die festivo non impedito, post missam magnam accedere cum salmo Miserere mei Libera Me Domine et De Profundis pro anima benefactoris olim Enrici Rampardi, et in vigilia Sancti Martini primas vespers cantare et in die missam solemnem cantare et die sequenti aliam missam in cantu celebrare pro defunctis et anima dicti domini Enrici ex legatis eisdem Canonicis et Capitulo factis per dictum Henricum.

ALTARE SANCTI LAURENTII sub Capella illorum de Tabusiis est lateritium absque altare portatile. Habet iconam satis pulchram cum sua cortina. Altare tamen caret Cruce licet ceteris omnibus sit munitum. Est dotatum de quadraginta quinque locis comperarum Sancti Georgij

583 v

Civitatis Janue et dicitur de jure patronatus dictorum dominorum de Tabusiis. Rector illius olim tenebatur quatuor pueros instruere, cum tamen redditus essent tenues, fuit commutata servitus et reducta ad celebrationem quotidianam et patroni faciunt pre-sentationem coram canonicis et Capitulo ad quorum presentationem est institutus presbiter Sebastianus Stoila qui est sacerdos et habet in annuo reddito scuta triginta unum auri in auro cum onere prescripto celebrandi quotidie, quod onus persolvitur per ipsum rectorem. Ordinavit tamen altare ipsum cruce pulchra cum suo pede decente muniri.

ALTARE SANCTE BRIGIDE, indecenter valde et male situm, ordinavit quam-primum demoliri.

ALTARE SANCTI ANTONI, sub Capella valde pulchra, habet Iconam cum tribus statuīs brondinis inferioribus et cum quinque statuīs terreis superioribus pulvere valde conspurcatis. Et altare ipsum concessum fuit nobili domino Laurentio Balbo, domino Varnoni, qui ad statuas ipsas affixit arma et insignia sua et promisit altare ipsum ornare ac etiam dotare,

Qui tamen in hunc usque diem distulit et continue differt promissa per eum observare, propterea ordinavit in termino sex mensium imprimis debere statuas ipsas omnes superiores demoliri et altare muniri Cruce, pallio et scabello ligneo remotis gradibus lateritiis, et subinde altare ipsum dotari congruenter ita quod ex redditibus dicte dotis altare ipsum valeat ornatum sustineri et ad ipsum saltem bis in ebdomada missa celebrari. Etiam decrevit arma et insigna dicti domini nobilis Laurentii removeri et capellam ipsam assignari cuicumque volenti predicta in executionem mandare.

Ad ipsam Capellam tenentur Canonici et Capitulum qualibet prima die dominica cuiuscumque mensis, post vesperas, capitulanter accedere cum psalmo Miserere et cantare responsorium Libera me Domine, cum certis aliis orationibus pro anima cuiusdam benefactoris cuius nomen ignoratur.

ALTARE DECOLATIONIS S. JO. BAPTISTAE (est) sub campanile, et in quo pendent quatuor funes campanarum, ita quod totam Capellam occupant. Et Altare indecens est, est tamen dotatum competenter et habet in annuo reddito scutta centum et ultra et dicitur

De jure patronatus nobilium dominorum de Galleriis, et illius Rector est dominus Petrus Ieronimus Broglia, scholaris etatis annorum quindecim vel circa, qui clericali caractere sive prima tonsura est insignitus, cum onere celebrandi quotidie et divinis interessendi officii in choro. Onus vero celebrandi persolvitur per unum ex fratribus Sancti Augustini. Quo vero ad interessentiam Divinorum, nullus interest pro eo. Et cum Divinus Cultus in eadem Capella et ad idem Altare decenter agi nequit, ordinavit titulum dicti altaris debere transferri ad unum ex altaribus dicte Ecclesie, ad Altare sancti Petri vel ad aliud Altare pro arbitrio et patronorum ac propositi et Canonicorum, cum decreto quod servitus et onera quecumque eidem altari incumbentia impleantur ad dictum altare ad quod titulus ipse sancti Joannis transferri continget et patroni idem jus habeant in eo quod primitus habebant in altari predicto Sancti Joannis Baptistae, citra tamen si iudicium juris quod habent patroni, ad altare ad quod titulum predictum continget transferri.

ALTARE SANCTI LUCE sub Capella valde ampla est lateritium, Icona satis decens ornatum, et est dotatum de florenis octo que annuatim persolvuntur, cum onere celebrandi semel in ebdomada. Et propterea ordinavit altare debere ornari cruce una honorifica et duobus candelabris

Aeneis decentibus ac pallio uno honorifico aut corei aurati aut serico et Iconam re-staurari.

ALTARE SANCTI ANDREE sub eadem Capella est lateritium cum altare portatile consecrato inserto, et est ornatum icona satis decente, tamen caret Cruce, candelabris et pallio et non est dotatum, minus ad illud habetur obligatio aliqua. Et propterea ordinavit aut altare ipsum destrui et demoliri aut in termino quatuor mensium illud ornari Cruce, candelabris duobus aeneis et pallio uno honorifico et deinde illud competenti dote dotari, et cum ea continue ornatum possit manteneri. Et predicta mandavit intimari nobilibus dominis de Rascherio pretendentes jus ac

interesse in ipso altare. Et ordinavit Capella ipsam totam dealbari una cum Capella precedente Sancti Luce sumptibus patronorum.

ALTARE ANNUNTIATIONIS, immediate extra Chorum, est lateritium absque altare portatile consecrato et extra omnem capellam, et non est dotatum licet ad illud bis in ebdomada dominus Hieronimus de Enricis, unus ex canonicis dicte Ecclesie, celebret ratione tituli Sancti Bartolomei quem ipse obtinet ad Altare tamen et Capellam extra dictam Ecclesiam iam destructam. Et propterea ordinavit Altare ipsum ornari debere

585 v

Icona una decente aut saltem iconam quam ad illud habetur restaurari, et deinde illud muniri Cruce una, duobus candelabris aeneis decentibus, pallio uno honorifico et scabello uno ligneo ac uno baldachino supra illud appendendo in termino sex mensium, et mandavit dicto termino elapso et preceptis non adimpletis altare ipsum destrui ac demoliri et mandavit onus predictum persolvi aut ad dictum altare aut ad aliud ex alteribus dicte ecclesie arbitrio rectoris, donec altare et capella predicta Sancti Bartolomei fuerit reedificata.

ET PERLUSTRANDO ECCLESIAM TOTAM vidit eam valde amplam esse et vastam, et in suis edifijs bene se habere, sed tamen cum parietes ipsius sint pulvere obnubilatis, propterea mandavit Ecclesiam totam debere dealbari et pavementum ipsius in partibus devastatis accomodari, cum decreto quod de cetero non sit qui audeat vel presumat sub poena excommunicationis pavementum ipsum excavare aut excavari facere pro sepelliendis corporibus mortuorum.

Et cum in Ecclesia non viderit haberi SEDES ALIQUAS PRO PENITENTIUM CONFESSIONIBUS AUDIENDIS, propterea ordinavit ad minus quatuor sedes amplas fabricari que sint

586 r

Ab utraque parte laterate et cohoperte cum graticula ferrea et scabello pro penitente ad genua flectendum et ad quas mandavit affigi casus Ordinario loci reservatos, bullam "In Coena Domini" et imaginem Crucifixi ad latus poenitentis.

Et visitavit deinde CEMETERIUM, quod licet sit undique muro solido circumclusum, cum tamen porte ipsius sint aperte, propterea mandavit eas omnes aut rastello ligneo bene claudi debere aut saltem provideri aliquo modo ne portas ipsas ad cimiterium ipsum bestiis aditus pateat, et ordinavit in medio ipsius erigi columnam unam lapideam in cuius summitate crucem ferream locari mandavit.

Et quia in Cemeterio habetur CAPELLA UNA FUNDATA PER DOMINUM IACOBUM GRANGHILIUM MEDIOLANENSEM, qui et operam dictam "l'Ellemosinam" dicti loci multis bonis stabilibus dottavit, propterea eam visitando vidit in ea haberi duo altaria fundata, alterum beneficiatum sub titulo Sancte Lucie, quod dicitur de jure patronatus "dell'ellemosina" dicti loci et illius est rector d. Bernardus Sabaudinus et habet in annuo reddito scuta duodecim. Et licet habeat onus celebrandi quotidie, cum tamen attentis redditibus exiguis onus ipsum sit gravissimum,

Propterea bis in hebdomada celebrat. Nihilominus, cum hoc propria auctoritate faciat, mandavit ipsum rectorem procurari debere ut omnino onus ipsum in Sinodo generali iuxta formam Concilii Tridentini redigat quamprimum. Et interim monuit ipsum rectorem ut omnino teneatur altare ipsum ornare icona decente in qua picta sit imago Sancte Lucie ac muniri cruce, candelabris et pallio decentibus, et capellam ipsam totam dealbare aut saltem picturas ipsius restaurare. Alterum vero altare quod non est dotatum ac indecenter ornatum mandavit destrui et demoliri.

Visitavit deinde domus canonicales Dominorum Rev.rum Prepositi et Archipresbiteri, contiguas ipse Ecclesie Collegiate, quas vidit in suis edifiis bene se habere et in quibus uterque eorum continue et personaliter residet. Ceteri vero Canonici in domibus eorum particularibus in terra ipsa resident, cum alie domus canonicales non habeantur.

Et cum deinde visitare voluisset Canonicos ipsos et Capitulum totum, iussit eos omnes in cena convenire et, ipsis omnibus congregatis in sacristia, loco eorum solito capitulari, per interrogationes eisdem factas habuit Collegium constare ex tribus dignitatibus et tresdecim

Canonicis ex quibus omnes sunt residentes, duobus dumtaxat exceptis, quorum unus nominatur Dominus Galleatius Vigerius, qui absens est in partibus Galliarum a sex annis circa vel citra. Licet monitus et interpellatus fuerit, numquam tamen ad residendum comparuit, licet scripserit velle venire. Ex ordine tamen Re.mi Domini Archiepiscopi Taurinensis comissa fuit sequestratio fructuum. Propterea ordinavit ipsum ter cittari ad valvas Ecclesie et successive, servatis servandis, privari dicto canonicatu et alteri conferri. Alter vero, qui est Dominus Carolus Brolia, abest ab uno anno circa vel citra et sequitur romanam Curiam. Quem etiam ordinavit cittari ad residendum aut alias ad allegandum causam quare privari non debeat Canonicatu.

Ex quibus Canonicis antedictis residentibus, octo sunt sacerdotes et quatuor non sacerdotes, sed tres eorum subdiaconi et unus diaconus et unus in quatuor minoribus ordinibus constitutus et alius prima Clericali Tonsura insignitus. Tres vero alii qui sunt absentes sunt sacerdotes, licet unus eorum adhuc non celebraverit.

Canonici omnes, partim provisi sunt Apostolica Auctoritate, partim ordinaria et partim a Capitulo, quos omnes monuit ut omnino exhiberi debeant littera suarum collationum una cum litteris suorum ordinum etiam minorum. Et cum audierit nullum eorum professionem fidei emisisse in manibus Rev.mi Archiepiscopi et Capituli iuxta formam Concilii Tridentini, ordinavit omnes singulatim describi ut infrascriptum est. Et primo

Rev.mus Dominus SALVIUS, verbi gratia PREPOSITUS, et qui in eadem Ecclesia primam obtinet dignitatem, est sacerdos et fuit provisuus a Sede Apostolica, cum Prepositura vacaret per obitum. Professionem fidei fecit in manibus Rev.mi Domini Vicarii generalis archiepiscopalis Taurini nec non etiam in Capitulo.

Rev.mus Dominus ROCHUS ALIBERTUS ARCHIPRESBITER est sacerdos, et provisus fuit Ap.ca Auctoritate et professionem fidei emisit in manibus Rev.mi Domini Prepositi ad presentiam omnium Canonicorum. In manibus autem Archiepiscopi professionem nullam emisit.

Rev.mus Dominus PAULUS EMILIUS FERRERIUS, CANTOR provisus fuit auctoritate ordinaria. Est sacerdos et professionem fidei emisit in manibus Ordinarii et etiam in Capitulo.

588 r

Rev.mus Dominus JOHANNES MATHEUS BROLIA est sacerdos et professionem non emisit quia multo ante Concilium Tridentinum Canonicatum obtinuit in Curia Romana.

Rev.dus Dominus HIERONIMUS HENRICUS Canonicus est subdiaconus. Professionem fidei non emisit nec in minibus Ordinarii nec in Capitulo quia ante Concilium provisus fuit a Capitulo.

Rev.dus Dominus GASPAR VISCA Canonicus est sacerdos, et professionem fidei emisit in Capitulo, non autem in manibus Ordinarii, et est pro visus auctoritate Capituli.

Rev.dus Dominus FRANCISCUS VISCA Canonicus est diaconus, et provisus auctoritate Capituli, et professionem fidei emisit in Capitulo non autem in manibus Ordinarii.

Rev.mus Dominus ANTONIUS GROOBERTUS Canonicus est subdiconus, provisus Apostolica Auctoritate, et professionem fidei emisit in manibus Ordinarii, non autem in Capitulo.

Rev.dus Dominus THOMAS LOMELLUS Canonicus est sacerdos, provisus a Capitulo, et professionem fidei emisit in Capitulo, non autem in manibus Ordinarii.

Rev.dus Dominus HIERONIMUS BOSCHETUS, Canonicus subdiaconus, provisus a Rev.mo Domino Ordinario, professionem emisit in minibus Ordinarii non autem in Capitulo.

Rev.dus Dominus DOMINICUS TANA, Canonicus provisus Appostolica

588 v

Auctoritate, in quatuor ordinibus minoribus constitutus, professionem fidei emisit et in manibus Ordinarii et in Capitulo.

Rev.mus Dominus CAROLUS BRUNATIUS, Canonicus, Prima tamen Clericali Tonsura insignitus, provisus Apostolica Auctoritate, professionem emisit in manibus Ordinarii et Capituli.

Et per alias interrogationes habuit quod nullus Canonicorum seu Dignitatum professionem emisit in diocesana Sinodo.

Prepositus, Archipresbiter, Cantor et Canonici et unusquisque eorum habent suas prebendas distinctas, non tamen equales, et inter Canonicos ipsos regula viget de optando.

Habetur Massa quedam que distribui consuevit inter Canonicos ressidentes et Divinis interessentes, nec excusatio aliqua inter eos admittitur nisi infirmitatis, decrepitate et occupationis in negotiis et rebus Capituli. Absentes tamen percipiunt fructus dumtaxat sue prebende.

Omnes Canonici sunt prebendati et minor prebenda valet scutis viginti.

Prepositura valet quatuor centum scutis monete.

Archipresbiteratus valet scutis centum.

Cantoria scutis viginti.

Prebenda Domini Johannis Mathei scutis octuaginta.

Prebenda Domini Hieronimi scutis sexaginta.

Prebenda Domini Gasparis Visca scutis quadraginta.

Prebenda Domini Francisci Visca scutis quinquaginta.

Prebenda Domini Antonii Groobertis scutis quinquaginta.

Prebenda Domini Thome scutis triginta.

Prebenda Domini Johannis Boschetis scutis triginta monete.

Prebenda Domini Dominici Tana scutis sexaginta.

Prebenda Domini Caroli Brunatii scutis octuaginta.

Ex distributionibus quotidianis quicumque Canonorum sacerdos Ecclesie lucratur scuta quadraginta, qui vero non est sacerdos sed in Sacris triginta, et qui non sunt in Sacris viginti. Distributiones dispensantur equaliter inter eos, et qui sunt in ordine sacerdotali tenentur singuli, singulis hebdomadis, Missam conventualem cantare, qui vero non sunt sacerdotes alia non tenentur obligatione nisi interessendi in Choro, nec Canonici sacerdotes tenentur Missam planam celebrare nisi hebdomadarius tantum.

Diebus solemnibus, dum Canonicus hebdomadarius Missam cantat, duo ex Canonicis cantant Evangelium et

Epistolam parati; diebus fere dominicis et festivis non solemnibus, Canonicus cantat per seipsum et si festis diebus solemniter Missam cantant, tunc duo ex capellanis inserviunt pro diacono et subdiacono.

Quod vero attinet ad ea que hic speciatim reformanda et statuenda erant, ordinavit imprimis servari decreta infrascripta et insupet ea omnia que statuentur in Decretis Generalibus sub titulo De Canonicis.

Ordinavit imprimis igitur et mandavit quod Canonici omnes et alii quicumque de Clero debeant, et debeat eorum quicumque, Rev.do Domino Preposito, et qui erit perpetuo et in futurum, prestare omnem obedientiam in concernentibus Divinum Cultum, cuius offitium etiam esse voluit ut diligenter avertat quod Sacramenta et omnia decenter ministrantur, ac etiam curare ut ministri omnes providi sint et habiles ad populum instruendum et quod etiam omnibus diebus festis populus instruat in iis que necessaria sunt ad salutem et curati omnes in dicta Ecclesia fidei rudimenta explicant et evangelium.

Item voluit et mandavit quod Prepositus principalem curam habeat quod in Ecclesia ipsa semper adsit unus aptus et idoneus qui ne dum tempore quadragesimali sed et adventus quoque ac per totum annum quoque verbum Dei predicet sed et casus quoscumque conscientie

Festis diebus omnibus legat et Clerum, et presertim curaores omnes et alios instruat qui

Confessiones audiunt penitentium.

Item iussit et ordinavit quod idem Prepositus curam habeat quod Capellani omnes et alii qui tenentur Missam celebrare, eas celebrent debitis horis et congruo tempore, dato semper signo campane, et quod sacerdotibus celebrantibus nullus inserviat qui non sit talari veste et cotta indutus, et suum erit etiam providere ut congruus numerus clericorum in Ecclesia ipsa habeatur qui et Eucaristie et musice congrue valeant supplere, cum ad hoc precipue dotata fuerit Capella Sancti Laurentii et plures Ecclesie campestris ad id unite fuerint Canonicis et Capitulo et Capitulari mense.

Decrevit insuper et mandavit quod Prepositus ipse curam habeat et efficiat quod maiores Misse celebrentur in cantu diebus festis et solemnibus ab iis qui maiorem prerogativam obtinent in Capitulo et ceteris sunt peritiores. Aliis vero diebus cantentur ab aliis qui gradu sunt inferiores, dummodo et ipsi sint periti, pronuntiatum habeant congruentem et presentia corporali oculos fidelium non offendant. Eiusdem

590 v

Etiam Prepositi officium esse voluit curare ut et Canonici omnes et alii quicumque in sacerdotali ordine constituti, omnibus dominicis et solemnibus diebus Missam celebrent, et quod diaconi et subdiaconi et ipsi, dum Altari ministraverint, Sacram Communionem recipiant et quod Capellani omnes onera omnia subire debeant que ipsis in fundatione Capellarum sunt iniuncta.

Et ut quicumque semper pateat ad que teneantur Canonici, Capitulum et alii quicumque in dicta Ecclesia beneficia obtinentes, statuit et mandavit ut Prepositus ipse omnino curet ut sibi presententur instrumenta quecumque fundationum et dotationum quorumcumque beneficiorum et inde extrahat servitutes et onera quicumque beneficiorum iniuncta, eaque omnia describi faciat in carta tabelle conficienda, et quam continue iussit appensam esse et pro rostris ut aiunt in sacristia. Curabit quidem insuper ordinem seu tabellam Missarum denuo reformatam perpetuo observari.

Et ne qui lumen est de lumine relinqui videatur in tenebris, ut que semper lampas ardeat coram Sanctissimo Sacramento et eodem lumine sanctorum

591 r

Reliquie honorentur, decrevit provideri ut et lampas una saltem augiter ardeat coram Tabernaculo et altera coram reliquijs ipsis Sanctorum, cum decreto etiam quod semper Prepositus provideat ut unus saltem sacerdos, talari veste indutus e desuper cotta et stolla ornatus assistat Sacramentum dum illud conspicuum populo proponitur.

Decrevit etiam et mandavit ut ea sit cura Prepositi, Canonicorum et Capituli ut omnino aliqui ex eis eligantur qui curam precipuam habeant ut doctrina christiana doceatur ita quod nedum pueri tantum sed et puella a matris gravioribus instruantur.

Et ne quis in alienam messem falcem immittat, curari mandavit ut nullus sacerdotum se imisceat in administratione Sacramentorum Archipresbitero inconsulto.

Et ut Canonici omnes et alii qui tenentur Divinis Offitiis interesse presentiores sint et assidui, statuit vel tertiam partem prebendarum separari et in distributiones quotidianas converti, vel saltem eam penam seu multam deficientibus indici ut multe ipse in fine anni tertiam partem prebendarum coequantur.

Et ne cristifideles circa spiritualia detrimentum



Aliquod patiantur cum populus sit numerosus, decrevit primas duas prebendas vacaturas canonicas extingui debere, easque aplicari et ex eis errigi debere Capellanas duas pro duobus capellanis qui una cum dicto Archipresbitero, una pariter et in solidum, teneantur ad curam gerendam animarum eo modo et forma et pro ut a Rev.mo Capitulo contigerit ordinari, salva nihilominus prebendarum presentarum optione, pro prima vice tantum.

Et altercationibus que sepius exoriri solent occasione baldachini deferendi debite occurendo, statuit ac decrevit illud semper referendum per Capellanos ut hactenus fieri consuevit, sub pena unius scuti ab eo auferendi qui munus huiusmodi indebite reccusaverit.

Et cum multa hic deesse possunt que forsitan pro diurno cultu debite peragendo statuende fuissent, decrevit etiam observari que in Decretis Generalibus statuentur ut superius etiam dictum fuit.

Et cum tandem idem Rev. Dom. Visitor audierit, et deinde per exhibitionem publici instrumenti sibi plene constiterit, quod de anno 1536 quidam nobiles de ipsa terra Cherii satis notabilem quantitatem argenti de Ecclesia asportarunt quasi violenter et de facto, promisserantque infra decennium tunc temporis decurrendum argenteum ipsum restituere modo et forma

Et pro ut in publico instrumento desuper confecto eidem Rev.mo Domino Visitori exhibito, quod argentum hactenus restitutum non fuit, decrevit propterea et mandavit contra eredes nobilium predictorum et in instrumento predicto nominatorum procedi debere et eosdem etiam per censuras ecclesiasticas cogi et compelli ad restitutionem argenti predicti, cum omni augmento ab eo citra usque in presentem diem et pro ut iuris fuerit, cum decreto quod argenteum ipsum, seu vallor illius, erogari debeat et expendi in ornatum Capelle et Altaris reliquiarum Sanctorum Iulliani, Anne, Basilisse et alliorum Sanctorum de quibus supra, et ad eternam memoriam hic registrari mandavit instrumentum predictum et autenticum restitutionis dictis Rev.dis Dominis Preposito, Canonici set Capitulo. Tenor instrumenti supradicti est qui sequitur, videlicet:

IN NOMINE DOMINI IESU CHRISTI AMEN. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo Quingentesimo Trigesimo Sexto, Indictione nona, et die undecima mensis Novembris, actum Cherii, Taurinensis Diocesis, utique in domo Massarie eiusdem loci, presentibus ego Johannes Catena, Grillo Diani alias Botiis, et Ludovico de Albano, omnibus de Cherio, testibus notis et ibique personaliter

Consitutis, Nobiles Domini Petrinus Vignola, Percival Dodoli, Johannes de Cepo, Baldassar Alberijs, Ambrosius Costa, et Nicolò de Prelijs nomine eorum proprio et nomine Comendabilis Jo. Bartolomei de Cepo, pro quo de ratto promisserunt informari. Confitentur habuisse et recepisse a Rev.mo Domino Archipresbitero Cherii et V. D. Matheo Diani, Canonico Ecclesie Beate Marie Cherii, ibidem presentes et acceptantes, marcos duodecin argenti, unce 1, den. 18, item et alios

marcos in pede presentiis intrumenti descriptos et annotatos, que sunt de bonis Capituli Beate Marie Cherii, et reductis ex calicibus, patenis, arca et capite Sancti Sebastiani, in hanc massam conflatis et reductis, nomine et ex causa depositi, cum pacto expresso inter ipsas partes et stipulazione vallato quod ipsi ill.mi Petrinus Vignola et alii de quibus supra possint dicta argenta uti et converti in usus proprios ad eorum beneplacitum per decem annos proxime venturos hodie incohendos et sic successive fingendo et lapsis dictis decem annis teneantur restituere tot marcas argento pro faciendo res de quibus supra conflatas, teneantur tamen ipsi depositarii ad expensas fabri et auri, quia predictae res erant deaurate et Ecclesia patiatur

593 r

Aliquod damnum, obligantes ad id omnia bona sua mobilia et immobilia in forma Camere Apostolice et se dubmittentes quibuscumque curiis quidem suscipientes in se et supra se quoscumque casus fortuitos utique pericula naufragii rapine furti sachemani et quoscumque alios et etiam si essent tales qui contingerent de mille anni semel qui essent similes premit et ut omnino diversi et que de jure quomodocumque et qualitercumque dici et excogitari possint iurantes et pronuntiantes dictum intrumentum.

Capsa Marc. 12 un. 2 den. 18 ad rationem de denaris undecim et grani 1 pro singulo marco bonitatis et liche.

Item caput Sancti Sebastiani deauratum capillis et barba marc. 5 un. 5 den. 28 ad rationem de denaris undecim grani 17 bonitatis ut supra.

Item calices quinque, cum patenis quinque deaurate. Item tabernaculum unum deauratum. Item aliud non, marc. 13, un. 5, den. 23 ad rationem de denarijs 8 et gran 15 cum dimidio bonitatis et liche ut supra.

Supradictum intrumentum pro nunc quondam D. Bernardinum de Ferrariis de Cherio notarium publicum receptum

593 v

Sub anno, indicione et die premissis ut in eo legitur [...].

## **ECCLESIA SANCTI GEORGII**

### **LOCI CHERII**

Die 30 supradicti mensis octobris

Visitavit Parochialem Ecclesiam Sancti Georgii, que dicitur de jure patronatus laicorum baptizatorum parochianorum dicte Ecclesie, cuius rector institutus fuit, ad presentationem eorundem, presbiter Laurentius Brolia, et habet in annuo reddito scuta septuaginta, et qui ressidet apud ipsam Ecclesiam, et curam que eidem Ecclesie imminet animarum per seipsum agit, et sub cura dicte Ecclesie adsunt tres mille anime, ex quibus pre etate idonea ad communicandum sunt mille et ducentum, et omnes sunt communicati exceptis octo qui adhuc

594 r

Denuntiati non fuere Rev.mo Domino Ordinario, quorum nomina sibi in scriptis exhiberi mandavit.

Ecclesia ipsa nullatenus est regularis, sed secularis Ecclesia, licet in ea, et monasterio eidem Ecclesie contiguo, per modum provisionis et ex permissione apostolica, cohabitent fratres Minores ordinis Sancti Francisci de Observantia, qui tenentur ad omnia onera ipsius Ecclesie reparationis et melliorationis, licet ipsi curent parum, nedum eam reparare et melliorare sed nec parietes quidem et pavementum ipsius abstergere aut scopis mundare. Item tenentur ad constructionem unius domus pro habitatione Rectoris presbiteri secularis, quam tamen hactenus non edificaverunt, licet iam diu effluxus sit terminus viginti quinque annorum eisdem prestitus, ut idem Rev.mus Dominus Visitor vidit per exhibitionem bullarum apostolicarum, Rome datarum de anno 1532 de mense februarii, tempore pontificatus feliciter regnantis Clementis Septimi. Et quod peius est, fratres ipsi parum curant domum ipsam edificare, propterea idem Rev.dus Dominus

594 v

Visitor eisdem fratribus presentibus ibi terminum peremptorium prefixit duorum annorum ad contruendam et perficiendam dictam domum, sub pena expulsionis de Ecclesia et locis ipsis; et sub eadem pena precepit eis quatenus de cetero debeant Ecclesiam ipsam in suis edifiitiis reparare ac parietes ipsius incrustare et dealbare, pavementum ipsius abstergere et omni meliori quo potest modo eam melliorare.

Et cum deinde visitasset SANCTISSIMUM CHRISTI CORPUS, invenit illud custodiri in quodam calice, introcluso in fenestrella excavata in columna quadam ipsius Ecclesie a latere sinistro Altaris Maioris, cum lampade retro fere Altare Maiori et nullatenus in prospectu fenestrelle predictae, ita quod vidit Sacramentum ipsum indecenter admodum asservari, et propriis oculis vidit nonnullos ex fratribus antedictis vix caput inclinare dum transeunt ante eum. Propterea ordinavit Sacramentum ipsum debere sumi et nullatenus asservari nisi prius confectum fuerit tabernaculum ligneum cubitorum trium cum dimidio in altitudine et cubitorum duorum

Cum dimidio in latitudine, deforis bene aurato, intus panno serico rubri coloris cum fimbris aureis circumtectum, claudendum fida clave auranda et ornanda ut supra, cum decreto quod lampas una continue ardeat in prospectu cum lampadario honorifico; que fieri madavit in termino duorum mensium, sub pena interdicti ab ingressu Ecclesie.

In Pascate sacra Communio ministratur in calice viris mixtim et mulieribus, et vinum purificationis potatur in vase vitreo, et baccinella aliqua non circumfertur pro colligendis elleemosinis. Propterea ordinavit in primis provideri de cuppa seu patena argentea intus et foris aurata et que tot capiat particulas quot anime ad Communionem subsunt ipsi Ecclesie, in qua de cetero sacra Communio ministrari ordinavit; et quod fiat liber decens in quo quotannis describantur omnes dicte Cure doli capaces.

Ad infirmos Sacramentum defertur honorifice quia, datto signo campane, confratres Societatis Corporis Christi, que unica est in terra ipsa, incontinenter transmittunt cereos octo et interim conveniunt parochiani qui, cereos ipsos accensos manibus proferentes, Sacramento associantur.

Et quia sepe contingit quod, defectu portatorum, Sacramentum defertur sine baldachino, decrevit propterea curari ut numquam desint qui et baldachinum ipsum et cereos deferant, quod munus iussit iniungendum confratribus Societatis Jesu degentibus in Ecclesia subterranea et videlicet sub Ecclesia Sancti Georgii predicti. Cura dicte Ecclesie se extendit extra terram ipsam per unum milliare cum dimidio, et tunc Sacramentum defertur in calice, propterea ordinavit fieri vasculum et bursa de qua supra.

Matrimonia publicantur in Ecclesia, et in eadem per verba de presenti contrahuntur previa annuli benedictione, et sponsi quacumque hora diei benedicuntur, propterea ordinavit de cetero sponso et sponsas omnes benedici non debere nisi in mane et infra Missarum solemnias, cum decreto quod matrimonia aliqua deinceps publicari non debeant nisi ipsi Curato constiterit sponsum et sponsam comode scire recitare orationem Dominicam. Et quod fiat liber decens pro ipsis nominibus describendis.

Mulieres post partum absque aliquo ritu introducuntur sed Curatus ipse in domibus ipsarum absolvit, propterea

Deinceps mandavit servari librum Sacre Institutionis, Missam illam *siccam* omnino prohibendo.

Doctrina Christiana non docetur, propterea ordinavit eam doceri modo quo supra ordinatum fuit.

In eadem Ecclesia Fons Baptismalis non habetur nec Oleum Extreme Unctionis, quia Curatus ipse non administrat nisi Sacramentum Penitentie in quo sibi valde suffragant fratres predicti ex quibus tres sunt probati et admissi ad audiendas confessiones penitentium. Ministrat insuper Sacramentum Sacre Eucharistie et Sacramentum Matrimonii, propterea se contulit ad visitationem Sacristie.

Et primo visitavit SACRISTIAM dicti Rectoris et animarum Curatoris, et in ea vidit nonnullas planetas sericas et laneas in numero congruenti ac satis decentes. Vidit etiam unum calicem argenteum cum sua patena, unum missale, duo camices cum suis amictibus satis decentibus, et que omnia asservantur in Sacristia in quadam arca lignea sub fida clave. In eadem Sacristia asservantur paramenta et vestimenta sacerdotalia ipsorum fratrum, et in qua vidit tunicellas, planetas, pluvialia etiam serica et pretiosa omnium colorum

596 v

Quibus utitur Ecclesia. Et in eadem etiam vidit duos calices valde pulchros. Vidit etiam missalia, gradualia, antifonalia et alios libros de cantu plano, et omnia vidit esse decentia et congruentia. Cum tamen in Sacristia ipsa non habeatur lavatorium, ordinavit propterea fieri lavatorium decens in quo semper habeatur aqua ad abluendum manus sacerdotum, cum suis manutergiis. Vidit etiam in eadem Sacristia baldachinum unum valde pulchrum, nuper, ut dicitur, donatum Ecclesie et Cure predictae, quod asservatur in quodam armario magno sub fida clave, et eo utitur semper Curatus dum Sacra Eucharistia ad infirmos defertur.

Visitavit deinde Altaria dicte Ecclesie, et exhordiendo ab ALTARI MAIORI vidit ipsum esse lateritium, cum altare portatile non insertum et vidit illud esse valde inornatum. Propterea ordinavit Altare ipsum debere ornari Icona pulchra et muniri candellabris sex aeneis honorificis, et fieri quatuor pallia serica alterum rubri, alterum albi, aliud viridis, aliud violacei colorum, et iuxta diem et festivitatum qualitatem

597 r

Altare ipsum vestiri possit, et Capellam ipsam maiorem totam dealbari et fenestram vitrari. Ad Altare ipsum nulla particularis obligatio habet et est Altare communis Rectori et fratribus antedictis.

Et quia Chorus non habetur in quo fratres possint nocturna et diurna officia persolvere, ordinavit Altare ipsum Maius debere removeri et situari extra Capellam, in inferiori parte ubi habetur lignum per transversum, et super quo habetur imago Crucifixi, et Chorum deinde fabricari intra Capellam ipsam Maiorem pro arbitrio ac iudicio in arte peritorum.

ALTARE SANCTI ROCHI et ALTARE SANCTI PETRI, ab utroque latere Maioris Altaris, uti indecentia decrevit demoliri. ALTARE SANCTE TRINITATIS et ALTARE SANCTI BERNARDINI, que inherent columnis et sunt extra omnem capellam et valde occupant ipsam, pariter decrevit demoliri, cum decreto quod si servitus aliqua alicui ex altaribus predictis quorum demolitio decreta fuit incumbit, eam exequi debeat ad unum vel plura ex altaribus in ipsa Ecclesia consistentibus.

ALTARE SANCTI FERMINI est quidem sub Capella, sed inornatum valde et caret omnibus necessariis, propterea

597 v

Decrevit imprimis Iconam resarciri et lustrari, deinde altare ipsum muniri Cruce pulchra, duobus candelabris aeneis, tribus tobaleis et unico saltem pallio serico saltem choreo aurato, item et unico scabello seu gradu ligneo congruente. Et cum Altare ipsum non habet certum patronum, decrevit illud assignari cuicumque voluerit predicta executioni mandare.

ALTARE SANCTI SEBASTIANI illorum de Balbianis. Ad ipsum tenentur fratres ipsi bis in hebdomada celebrare et est indecentissimum, propterea ordinavit precipi et mandari, prout ex nunc precepit et mandavit ipsis de Balbianis, quod sub pena privationis dicti Altaris debeant Altare ipsum munire Cruce, duobus candellabris ut supra, tribus tobaleis, pallio saltem unico et scabello ligneo congruente in termino quatuor mensium.

ALTARE SINE TITULO in inferiore parte Ecclesie, prope turrim campanilis, dicitur spectare ad Nobiles Dominos de Canalibus, ex quibus superstes existit domina Leonora et nonnullae alie eius sorores que nuptis tradite fuere et sunt coniugate extra terram Cherii. Cum vero Altare ipsum et Capella valde sit indecens,

598 r

Decrevit in primis Capellam ipsam totam incrustari et dealbari, et Altare ornari Icona pulchra cum suis ornamentis e deinde muniri Cruce pulchra, candellabris ut supra et unico saltem pallio serico albi coloris, cum decreto quod si prefata nobilis Domina Leonora precepta exequi voluerit, ea sit in solidum et sola patrona ipsius Altaris et Capelle, cum ceterae sorores Altare ipsum habuerint pro derelicto, ut evidenter patet et indicat indecentia Altaris et Capelle predictae. Ad ipsum Altare tenentur Fratres bis in hebdomada celebrare.

ALTARE SANCTI LEONARDI, de Fogatiis, fuit destructum et ubi aderat Altare constructum fuit sepulchrum et ad ipsum debuerant celebrari tres Misse in hebdomada, propterea decrevit Missas ipsas celebrari debere ad Altare Maius, cum decreto quod inibi altare erigi nequeat nisi prius evacuato sepulchro et eodem terra repleto ita quod in futurum corpus aliquod nequeat sepeliri

ALTARE SANCTI VITTI, illorum de Balbianis, est lateritium, cum altare portatile, sub Capella satis congrua, fenestre tamen sunt patentis et Altare indecentissimum, cum vero ad illud teneantur fratres unam Missam celebrare in hebdomada, ordinavit imprimis fenestras omnes

598 v

Vitrari et parietes Altaris incrustari et dealbari, et deinde Altare ornari Icona pulchra et muniri Cruce et candellabris ut supra, tribus tobaleis, pallio uno serico rubri coloris et scabello ligneo congruente in termino sex menses.

Et cum Ecclesiam ipsam lustrando vidisset supra altare Sancti Vitti sursum procedendo per eandem navim quandam scalam, per quam descendunt Cristifideles in oratorium Disciplinatorum seu Confratrum Nominis Jesu, que etiam occupat valde ipsam Ecclesiam et materiam prebet scandalis que inde patrari possent, cum presertim ad oratorium ipsum aliunde patet accessus, propterea decrevit scalam ipsam omnino levare et removeri, et voltam fabricari. Et quia, ut dictum fuit, invernali presertim tempore, parochiani per scalam ipsam ascendunt ad Ecclesiam, ordinavit videri quinimmo et curari ut etiam aliunde consulatur commoditati parochianorum.

Et quia sedes aliquae non habentur ad audiendum confessiones penitentium, ordinavit quatuor sedes fabricari lateratas, coopertas, cancellatas et munitas ut in decretis generalibus.

Et cum viderit in inferiori parte navis predictae fornicem aut devastatam autem numquam fuisse completam, ordinavit fornicem ipsam debere fabricari sumptibus ipsorum parochianorum.

Visitavit deinde CEMETERIUM, quod cum vidisset omnibus patere et nullatenus circumclusum, ordinavit cimiterium ipsum debere muro claudi sumptibus parochianorum, et in medio erigi Crucem super columnam lapideam inibi ab eisdem parochianis construendam, cum decreto quod interim non debeat corpus aliquod sepeliri in eo, sub pena excommunicationis. Item et quod solum Ecclesie nec suffodi debeat nec excavari pro sepeliendis corporibus defunctorum sub penis de quibus in decretis generalibus.

Visitavit et DOMUM HABITATIONIS quam idem Rector inhabitat personaliter residendo, et vidit duas parvas cellas in quarum una habetur lectum et in alia studium, seu libri quos legit ipse Rector, et aliquem familiarem non habet, quia, licet inibi dormiat, comedit tamen cum suis consanguineis et agnatis, et cellule ipse sibi date fuere per modum provisionis ab ipsis fratribus donec eius domum construant, ut tenentur.

## **ECCLESIA SANCTI FRANCISCI**

### **LOCI CHERII**

Eadem die, Supradictus Rev. mus Dominus Visitator visitavit Ecclesiam Sancti Francisci, fratrum Conventualium eiusdem Ordinis, quam vidit valde amplam esse et fornice totam fabricatam cum quinque navibus. Et in ea quamplures altaria inferius visitanda.

Et inter cetera visitavit ALTARE MAIUS, quod est lateritium cum altare portatile inserto, et ornatum Icona pulchra et munitum valde omnibus suis necessariis, et super eo asservatur sacra Eucharistia in pixide ramea intus et foris aurata ac satis decente, introclusa in custodia lignea deforis aurata, picta, columnata et competenter ornata, intus panno serico rubri coloris circumtecta, sub fida clave quam ordinavit aurari et onari, et coram eo ardet lampas una sumptibus monasterii et pro parte Ill. mi Domini Bernardini Biscaretti, cuius etiam sumptibus Capella ipsa Maior picta fuit cum Misteriis Salvatoris Dei et ab alio latere Gloriose Virginis Marie, fenestre omnes fuerunt vetratae, et qui etiam Capellam ipsam Maiorem ita ornare fecit ut ea quasi Paradisum pro se ferat. Illius statua etiam habetur marmorea desculpta actu genuflexa

Et summa cum modestia et devotione, ita quod in Capella ipsa nihil habuit ordinandum. Et propterea se contulit ad visitationem aliorum Altarium, sed in primis habuit quod ad ipsum Altare

tenentur fratres predicti celebrare quotidie missam unam planam ex devotione dicti Domini Ill.mi Bernardini, et ultra novem missas in cantu cum diacono et subdiacono ex devotione dicti Domini Ill.mi Bernardini, et duas conciones, alteram in die festo Nativitatis Gloriose Virginis et alteram in festo Conceptionis eiusdem Gloriose Virginis, et pro ut latius continetur in istrumento predicte dottationis, rogatum per Egregium Bartholomeum Lanfrancum, notarium publicum de Cherio, de anno 1552 et de mense martii ad quod habeatur rellatio.

ALTARE SANCTI BONAVENTURE, extra Chorum immediate ad latum sinistrum, est bene ornatum Icona pulchra et munitum tobaleis et pallio valde onorifico. Caret tamen Cruce, candellabris et baldachino desuper locando: propterea mandavit de eis provideri. Altare ipsum est dotatum de scuttis triginta et tenentur Fratres bis in hebdomada quod onus persolvitur.

ALTARE ASSUMPTIONIS est sub Capella decente et est ornatum

600 v

Icona satis pulchra cum pluribus statuis auratis, sed pro maiori parte consumptis. In reliquis, est munitum tobaleis et ceteris caret omnibus: propterea mandavit statuas ipsas restaurari et perpoliri, et Altare muniri Cruce pulchra et candellabris aeneis ut supra et pallio serico albi coloris. Altare ipsum dotatum fuit a Jo. Bartholomeo de Solario et ex dote ipsa tenentur fratres celebrare Missam unam in cantu quolibet die sabati. Et cum linea ipsa sit extinta, pretendunt fratres predicti Capellam ipsam esse in statu libero eisque licere cui maluerint eam consegnare, et cum habeant competentes qui et se offerunt Capellam ipsam iterum dotare, idem Rev.mus Dom. Visitor licentiam concessit Capellam ipsam cuicumque petenti consignandi, oneribus tamen existentibus sumptis.

ALTARE SANCTI MICHAELLIS, sub Capella decente, est lateritium cum altare portatile inserto, et est ornatum Icona satis pulchra, obnubilata tamen et pulvere et antiquitate. Munitum est unica tantum tobalea et ea est consueta. Et Altare caret Cruce et candellabris ac pallio, et ad ipsum tenentur fratres quotidie celebrare ex dottatione eidem facta

601 r

De iornatis undecim terre prative, quas tamen non possident fratres ipsi sed Dominus Gregorius et fratres de Balbis eas possident, et solvunt fratribus ipsis scutta decem, licet ipsi percipiant ex eis scutta quinquaginta et ultra. Propterea ordinavit ipsos Dominos fratres cittari ad docendum quo titulo qua vel de causa bona ipsa possideant, et interim ordinavit Iconam dicti Altaris restaurari et lustrari, Altare muniri Cruce pulchra cum suo pede honorifico et duobus candellabris aeneis, tribus tobaleis et unico saltem pallio serico albi coloris.

ALTARE SANCTE CRUCIS sub Capella onorifica habet Iconam satis pulchram, et licet lateritium sit, habet tamen altare portatile inserto, est ornatum pallio serico nigri coloris consumpto et contrito, caret Cruce et candellabris. Ad ipsum Altare tenentur fratres bis in hebdomada celebrare. Et quia dicitur spectare Altare ipsum ad Dominum Michaellem Bertonem uti seniore de familia de Bertonis, propterea decrevit Capellam ipsam totam dealbari et altare muniri Cruce pulchra, candellabris aeneis decentibus et unico saltem pallio serico rubri coloris.

ALTARE SANCTE ANNE, sub Capella satis congrua



Sed obnubilata pulvere, habet pulchram quidem Iconam sed caret Cruce, candellabris et tobaleis, propterea ordinavit capellam ipsam dealbari, Cruce et candellabris muniri et unica saltem tobalea ampla ita quod stipitem altaris usque ad primum gradum cooperiat. Ad ipsum altare tenentur fratres celebrare bis in hebdomada.

ALTARE SANCTI THOME APOSTOLI, sub Capella tota pulverulenta et armis in funere affixis tota repleta, est inornatum et caret fere omnibus, quia unica tantum tobalea est munitum. Altare ipsum dicitur spectare ad Illustres Dominos Bartholomeum et Octavium de Biscaretis, et ad ipsum altare tenentur fratres celebrare bis in hebdomada ex dotatione dicti altaris de florenis octo annuis. Ut tamen Divinus Cultus decentius peragatur ad illud, ordinavit in primis Capellam ipsam dealbari et Altare ornari Icona pulchra, Cruce cum suo pede decente, candellabris duobus aeneis, tribus tobaleis et unico saltem pallio serico rubri coloris et insignia quecumque funeralia inde removeri, cum decreto quod de cetero insignia ipsa

Et arma, peracto funere, semper removeri debeant.

ALTARE ANNUNCIATIONIS, sub Capella tota pulvere obnubilata, est ornatum Icona satis Pulchra. Ceteris vero necessariis caret. Propterea ordinavit Capellam ipsam dealbari et Altare muniri Cruce pulchra cum suo pede decente, duo candellabris aeneis tribus tobaleis et pallio serico albi coloris.

Et quia Altare ipsum non est dotatum nec ad ipsum celebrantur alique Misse, et nihilominus in eo quidam de Oppetis jus et interesse pretendunt, decrevit quod si prefati de Oppetis Altare ipsum in termino unius mensis non dotaverint competenter, ipsum esse debeat in statu libero, et consignari possit, et per instrumentum publicum, ab ipsis Fratribus, cuicumque volenti illud dotare et exequi que superius ordinata fuere.

ALTARE SANCTI MATHEI sub Capella tota depicta, et est ornatum Icona pulchra, ceteris vero suis necessariis caret. Propterea ordinavit Altare ipsum muniri Cruce, candellabris duobus aeneis, tribus tobaleis et uno saltem pallio serico albi coloris.

Altare ipsum dicitur spectare ad Societatem Dell'Ellemosina nuncupatam seu ad Ioannem de Ceppo qui inter

Cetera disposuit quod fratribus ipsis darentur duodecim floreni, item et in die Sancti Mathei Apostoli libre viginti quinque carnis, quatuor pinte vini et viginti quinque libre panis cocti et cerei viginti ponderis unius libre pro quolibet eorum, cum onere celebrandi quotidie Missam unam.

ALTARE TRIUM MAGORUM sub Capella valde horifica, sed ipsum est indecentissimum et dicitur spectare ad illos de Ceppo, et est sine servitute et sine dote. Ordinavit tamen illud ornari Icona, candellabris, tobaleis, pallio et scabello ligneo.

ALTARE NATIVITATIS GLORIOSE VIRGINIS et ALTARE ALIUD SINE TITULO in inferiore parte Ecclesie sine dote et servitute decrevit demoliri debere quam primun.

ALTARE SANCTI SILVESTRI et ALTARE SANCTI MATHIE, similiter in inferiori parte Ecclesie, terga vertentia, ut supra ordinavit demoliri. Et quia altare Santi Mathie est dotatum, et ad illud tenentur fratres ipsi bis in hebdomada celebrare, ordinavit servitutem ipsam celebrandi Missas predictas transferri ad Altare Sancti Stephani mox visitandum.

ALTARE SANCTI STEPHANI, sub capella decente, dicitur spectare ad Dominos de Bentiis et ad illud tenentur fratres

603 r

Quolibet die lune missam unam celebrare in cantu, deinceps vero et in perpetuum tenebuntur, ultra Missam ipsam in cantu, bis etiam in hebdomada celebrare occasione dotis Altaris Sancti Mathie, ut premittitur demoliendi ob incommodam illius situationem. Ordinavit propterea Altare ipsum debere muniri Cruce puchra cum suo pede decente, duobus candellabris et scabello, seu gradu ligneo congruente.

ALTARE SANCTI JOANNIS BAPTISTE sub Capella picta quidem sed ruinosam effecta, et pedestallum Icone totum est deturpatum. Altare est destitutum Cruce, candelabris, thobaleis et pallio. Propterea ordinavit Iconam ipsam restaurari, et Altare muniri Cruce, candellabris, thobaleis et pallio.

Ad Altare ipsum tenentur fratres in die Sancti Ioannis Baptiste Missam unam celebrare in cantu et die sequenti anniversarium unum pro defunctis cum Missa in cantu, et insuper qualibet hebdomada Missam unam planam celebrare pro anima Domini Arrollandi Tana, cuius eredes dare tenentur fratribus ipsis florenos decem et in die festi Sancti Ioannis Baptiste panes seu miccas sexaginta, decem libras carnis et pintas duodecim vini.

ALTARE SANCTI LAURENTII sub Capella imo sub campanile,

603 v

Et habet Iconam satis pulchram, est tamen Cruce et candellabris destitutum, et non est qui curam habeat de eo quia pretensus patronus, qui est Melchion Vido, Rome commoratur, qui solvere tenebatur scutum unum Fratribus ipsis, sed a novennio citra vel circa cessavit in solutione, nec curat solvere. Propterea ordinavit Capellam ipsam, ut premittitur habitam pro derelicta, consignari cuicumque alteri volenti Altare ipsum munire Cruce, candellabris duobus aeneis, tobaleis tribus et pallio saltem unico serico rubri coloris, et illud ita dotare ut semel saltem in hebdomada valeat celebrari.

ALTARE SANCTE MARIE MAGDALENE est sub Capella decente, est lateritium cum altare portatile inserto et est munitum tobaleis et pallio ac ornatum Icona pulchra, sed caret Cruce et candellabris de quibus ordinavit provideri. Ad ipsum Altare tenentur fratres bis in hebdomada celebrare pro elemosia annua florenorum quindecim.

ALTARE CORPORIS DOMINI sub Capella decente, decrustata tamen, et Altare est ornatm Icona pulchra, munitum vero tobaleis. caret tamen Cruce, candellabris et pallio, de quibus ordinavit provideri et Capellam ipsam incrustari et dealbari.

Ad ipsum Altare nulla debetur servitus nec est dotatum, propterea ordinavit dotari, aut altare aut alteri concedi qui vellit ipsum dotare.

ALTARE SANCTI LUDOVICI, sub Capella, dicitur spectare ad

Dominum Georgium Bertonum, qui tenetur solvere florenos decem dictis fratribus ut celebrent ad ipsum Altare bis in hebdomada. Verum quia per viginti quinque annos et forte ultra cessatum fuit in solutione, propterea et fratres ipsi cessaverunt in celebratione. Propterea, ut ne pereat pia defunctorum voluntas, decrevit et mandavit perpetuo in futurum Missas ipsas celebrari debetur et ipsum Dominum Georgium teneri ad solutionem predictam, et interim Altare ipsum Cruce pulchra, candellabris aeneis et pallio serico muniri et Capellam ipsam totam dealbari.

ALTARE SANCTI VITALIS, sub Capella picta sed tota obnubilata, est lateritium cum altare portatile inserto, habet Iconam satis vetustam et corruptam. Caret Cruce, candellabris ac pallio decente. Dicitur spectare ad illos de Simeonibus, et ad ipsum tenentur fratres qualibet hebdomada celebrare Missam unam in cantu pro defuncti ex dote dicti altaris de iornatis duodecim terre boschive, in finagio dicto a Monte Rossellio. Ut igitur decentius Misse Sacrificium in eo celebretur, decrevit Capellam ipsam et illius picturas renovari et lustrari, Iconam restaurari et Altare muniri Cruce, candellabris et pallio serico rubri coloris in termino quatuor mensium.

ALTARE SANCTI ANTONI, extra Chorum immediate a latere dextero, est ornatum Icona satis pulchra

Caret tamen baldachino, desuper locando, item et Cruce, candellabris et pallio honorifico, de quibus omnibus ordinavit provideri.

Ad ipsum altare tenentur Fratres bis in hebdomada celebrare pro elemosina annua florenorum decem.

ALTARE SANCTI BLAXII, apud columnam extra Capellam et sub arcu tertiae navis occupat Ecclesiam. Ad ipsum tenentur Fratres celebrare bis in hebdomada, item et aliam Missam in cantu ex dote semel eisdem facta de scutis 60 vel 70.

ALTARE SANCTI STEPHANI similiter ad columnam ex opposito dicti altaris Sancti Blaxii est sine dote et Ecclesiam occupat.

ALTARE SANCTI ROCHI ad columnam maioris navis Ecclesie, Ecclesiam occupat et est sine dote.

ALTARE SS.ME TRINITATIS ad eandem columnam et valde Ecclesiam occupat, est tamen dottatum et dicitur spectare ad Dominum Antonium et fratres de Allamanis. Propterea titulum ipsum transtulit et transferri mandavit ad Altare Sancti Laurentii, cum decreto quod idem jus competat et competere debeat eisdem fratribus de Allamanis ad ipsum Altare Sancti Laurentii quod eisdem competeat ad Altare SS.me Trinitatis et Misse que celebrari debebant ad ipsum Altare Trinitatis perpetuo in futurum cellerari debeant ad ipsum Altare Sancti Laurentii.

ALTARE SANCTE CATHERINE apud columnam eiusdem navis, est

Dotatum et ad ipsum tenentur fratres ipsi bis in hebdomada celebrare. Verum, quia et ipsum demoliendum est ut infra, ordinavit ipsum et quamcumque obligationem transferri, prout transtulit,

ad Altare Sancte Marie Magdalene, cum decreto quod Patroni, videlicet Domini Anthonius et fraters de Valfredis, idem jus habeant ad altare Sancte Marie Magdalene quod habere consueverant ad ipsum Altare Sancte Catherine.

Et quia altaria omnia predicta columnis ut premittitur inherencia valde occupant Ecclesiam, sunt extra omnem capellam, inornata et circumcludi non possunt, decrevit altaria ipsa omnia debere quam primum demoliri, cum translationibus et decretis de quibus supra.

Visitavit deinde SACRISTIAM, quasi vero duas Sacristias valde amplas, quas vidit refectas multis paramentis et vestimentis sacerdotalibus, pluvialibus, tunicellis, planetis, stolis, manipulis, camicibus, calicibus cum suis patenibus, thuribulo argenteo cum sua navicula, item Crucibus et aliis sacris vasibus ad divinum cultum necessariis, et que paramenta et vestimenta valde sunt pretiosa, serica etiam pro maiori parte, et eorum omnium colorum quibus Ecclesia utitur.

Vidit deinde corporalia, purificatoria, missalia, et libros alios de cantu plano satis laudabiles esse,

605 v

Et Sacristia ipsa est bene munita armadiis ad conservandum paramenta et vestimenta predicta, item et lavatorio cum suis manutergiis. Sed cum non vidit oratorium aliquod, ordinavit fieri oratorium unum modo et forma et prout in decretis generalibus.

Cum deinde Ecclesiam totam visitasset, ordinavit ipsam dealbari et in ea fieri quatuor sedes lateratas, coopertas, cancellatas et munitas ut alibi sepe ordinatum fuit, cum, ut dixerunt Fratres ipsi, quatuor tantum ex eis admissi sunt et probati ad Confessionis penitentium audiendas. Cum decreto quod nullus Fratrum predictorum audire audeat confessiones extra sedes ipsas et sine integro habitu, sub pena privationis ab eo munere audiendi Confessiones.

Et cum tamen visitasset CEMETERIUM, quod habetur in primo claustro, vidisset que illud esse bene conclusum, decrevit in medio eius fabricari debere columnam unam et super eam apponi Crucem ferream inibi perpetuo permanendam.

## SOCIETAS NOMINIS JESU

### IN TERRA CHERII

Die dicta, visitavit Oratorium Societatis Nomini Jesu quod est subtus Ecclesiam Parochialem Sancti Georgii, de dicto loco Cherii, et in quo ab antiquo convenire consueverunt confratres eiusdem Societatis. Et visitando Oratorium vidit illud esse satis decens et in suis edificiis bene se habere, cum sit totum fornicatum et dealbatum et pavimentatum, et in eo habetur unicum Altare quod est lateritium, et cum portatile consecratum non insertum, quod mandavit inseri, et illud est ornatum satis decenter omnibus suis necessariis, mandavit tamen fenestram existentem prope dictum Altare et a latere Epistole eiusdem vitrari, vel saltem suo telario et sua tela cerata muniri.

Ad ipsum Altare confratres predicti pro eorum devotione faciunt celebrare omnibus diebus festis de precepto per unum ex Fratribus Sancti Francisci de Observantia degentibus domibus contiguis

606 v

Et existentibus propriis supradicte Ecclesie Sancti Georgii, cui confratres predicti quotannis contribuunt scuta sex florenorum novem pro quolibet scuto.

Nondum tamen habent paramenta aliqua quia, ut dictum fuit, tempore bellorum ea fuerunt depredata, nam Societas ipsa est valde antiqua. Nihilominus ordinavit ut confratres ipsi debeant infra annum sibi providere de una planeta, saltem de camelotto albi coloris, cum sua stola et manipulo, ac de uno camice decente cum suo amictu, et de corporalibus et purificatoriis que sufficiant, et de uno calice cum sua patena bene aurato, ac de uno missale de reformatis, sub penis arbitrio Episcopi. Et interim monuit confratres ipsos ut advertant quod, licet in Oratorio ipso Missam audient diebus dominicis et festis de precepto, non tamen evadunt penam peccati mortalis si deinceps Missam in Parrochia

607 r

Omittant audire.

In dicto Oratorio confratres conveniunt omnibus diebus festis de precepto ad recitandum Officium Beate Virginis de reformatis et quod, ut dixerunt, horis congruis per eos recitatur, et videlicet in crepusculo aurore; et propterea monuit confratres ipsos, eisque etiam precepit, ut quecumque eorum Officia recitent, ea (recitent) hora qua nullius sint impedimenti Rectori et Ecclesie Parochialis Sancti Georgii.

Societas ipsa est satis numerosa, et regitur per unum priorem et subpriorem et septem consiliarios, et unum massarium qui retinet computa dicte Societatis, que habet de annuo reddito scuta quinquaginta in circa, et qui una cum aliis officialibus durat per semestrem, et in fine sui officii reddit rationem sue administrationis officialibus de novo intrantibus, et licet satis ordinate computa retineantur, numquam tamen rationes reddite fuerunt Rev.mo Domino Archiepiscopo

Taurinensi, et propterea ordinavit de cetero superinde ea servari que in decretis generalibus statuuntur.

Institutum ipsorum confratrum, ultra

607 v

Predicta, est interesse processionibus ordinariis ac et extraordinariis, quando vocantur, et corpora defunctorum confratrum ad sepulturam associare, et etiam aliorum quando vocantur, et si contingat aliquem ex confratribus infirmari, habentur duo visitatores infirmorum deputati, qui eos visitant, et si sint pauperes curant eos pro posse subveniri, eosque etiam propriis sumptibus sepeliri in sepulturis particularibus quas habentur in eorum oratorio, pro quibus sepulturis nihil extorquunt sed libere accipiunt quidquid eis sponte elargitur.

Habent etiam institutum quater in anno Sacram Communionem collegialiter sumendi, et utique in die Sancte Paschatis, quo die per eorum parochos Sacramentum recipiunt, item et in die Sancto Pentecostis, in die Assumptionis Beate Marie Virginis et in die Nativitatis Domini, sed quia non convenerunt Sacramentum Communionis recipere eorum saccis induti, propterea ordinavit de cetero eos Sacram Communionem recipere non debere

608 r

Nisi sint eorum saccis induti, et alia superinde fieri et servari mandavit que in Decretis Generalibus statuuntur.

Et quia confratres ipsi habent capitula valde antiquata et que minus sunt ab Ordinario approbata, licet dictum fuerit ea per Rev.mum Archiepiscopum Laudensem fuisse visa, nihilominus ordinavit ea denuo ad eundem transmitti pro eorum approbatione ab ipso obtinenda.

In die Iovis Sancti fit lotio pedum per confratres ipsos, qui deinde collationem unam faciunt, quam de cetero fieri prohibuit sub pena interdicti ipsius Oratorii.

## **SOCIETAS SANCTI BERNARDINI**

### **IN TERRA CHERII**

Die dicta, visitavit Societatem sub eodem titulo Nominis Jesu que est in Capella Sancti Bernardini, in claustris monasteri fratrum Ordinis Sancti Francisci, et que Confratribus ipsis fuit per Confratres concessa ut in Oratorio inibi constructo convenire possint ac divina Offitia celebrare et Missas in eadem Capella celebrare

608 v

Facere, et pro qua tamen concessione Confratres ipsi nihilominus solvunt Fratribus ipsis preter scuta decem monete correntis, que quotannis pro elemosina eis elargitur, cum omnibus diebus festis de

precepto, quibus conveniunt ad recitandum Officium B. V., teneantur Missam celebrare in dicta Capella, et ad Altare quod inibi habetur, satis decenter ornatum, et munitum omnibus suis necessariis, excepta tamen Cruce, de qua mandavit provideri, nec non et altare portatile consecratum in ipso Altare inseri, et ordinavit Capellam ipsam, in parte non pavimentatam, debere pavimentari et fenestras ipsas suis vitratis muniri, cum in ceteris viderit eam Capellam satis amplam ac bene tectam et fornicatam et dealbatam.

Aliud vero Altare in eadem Capella existit sub titulo Sancti Jacobi. Cum sit indecentissimum ac fere omnibus destitutum, et non dotatum, mandavit destrui ac demoliri.

In eadem Capella habetur quidam locus superior in quo

609 r

Confratres ipsi quolibet festo de precepto recitant Officia, qui tamen non est satis amplus, et Societas est numerosa ad numerum septuaginta et regitur per unum priorem, unum subpriorem et septem consiliarios et unum massarium qui retinet computa predictae Societatis, et in fine sui officii quod durat per semestrem, prout etiam durant alii officiales, reddit notam sue administrationis successoribus in officio. Sed tamen computa ipsa non retinentur nisi in quaternulis separatis, et propterea, licet Societas ipsa nullos redditus habeat preter eleemosinas quas in sese contribuunt, ordinavit tamen confieri debere librum unum decentem in folio ad minus cartarum ducentarum, in quo mandavit ab uno latere omnes eleemosinas quas ad manus massariorum pervenerint et ab alio latere omnes expensas quas occurret dietim facere, et quolibet semestre, in fine computorum predictorum, mandavit describi computum calculatum et revisum per officiales aut alios ad id deputatos, et ita quolibet

609 v

Semestre, et in singulis officialibus in perpetuum observari mandavit, et alia circa hoc fieri et servari que in decretis generalibus statuuntur.

Confratres ipsi induunt cappas albi coloris et processionibus ordinariis intersunt, et associantur corpora defunctorum, nec solum Confratrorum, sed etiam aliorum ad sepulturam quando vocantur. Et in eadem Capella habentur duo avelli in quibus sepeliuntur corpora Confratrum, pro quibus avellis et pro quibuscunque funeralibus nihil consueverunt Fratres ipsi petere. Sed quidquid eis sponte elargitur, id libenter accipiunt et in utilitatem ipsius Capelle et Societatis convertunt.

In eadem Societate habentur duo infirmarii qui visitant infirmos de Societate, et si sunt pauperes, pro eis eleemosina inter Confratres contribuitur, et si eos contigat mori,

610 r

Sumptibus Societatis in supradictis avellis sepeliuntur.

Ter in anno Confratres ipsi conveniunt collegialiter in Capella ipsa, et item in die Sancto Pentecostis, in festo Assumptionis Beate Virginis et in die Nativitatis Domini Nostri et in ea per

proprium sacerdotem eis sacram Eucharistiam ministratur, et in eo actu omnes suis saccis sunt induti.

Vidit deinde capitula ipsius Societatis de novo in libro decente et in folio descripta, que tamen cum nondum viderit fuisse approbata ab Ordinario, propterea ordinavit ea ad Rev.dum Dominum Archiepiscopum transmitti pro earum approbatione et subscriptione ab ipso obtinenda et qui ea debeat soliti sui sigilli impressione admunire. Et quia in die Iovis Sancti audivit fieri lotienem pedum una cum parva collatione, et propterea collationem ipsam in ea de cetero prohibuit, sub pena interdicti ipsius Capelle et Oratori.

## **ECCLESIA SANCTI JACOBI**

### **IN TERRA CHERII**

Die dicta, visitavit Ecclesiam simplicem sub titulo Sancti Jacobi,

610 v

Que est simplex beneficium, Prioria nuncupatam, et quae est ad collationem Ill.mi ac Rev.mi Domini Guidonis Ferrerij, Sancte Romane Ecclesie presbiteri, Card.lis vercellensis nuncupati, uti Abbatis et perpetui Commendatoris Abbatie Sancti Michaelis de Clusa. Et ipsius Ecclesie Rector sicut Prior est Rev. Dominus Thomas Paratus, Prepositus Ecclesie Vigoni a mense citra. Et habet Ecclesia ipsa de annuo reddito ultra scuta 20 in circa, que percipiuntur ex quibusdam nemoribus; et ut dictum fuit, ipsi Rectori incumbit onus celebrandi in dicta Ecclesia bis in hebdomada, quod tamen onus reductum fuit, pro comoditate Societatis confratrum Sancti Jacobi, que in eadem Ecclesia de licentia Rev.mi Archiepiscopi Taurinensis, una cum consensu supradicti Ill.mi Cardinalis Vercellensis erecta fuit, ad Missam unam feralem qualibet hebdomada, cum onere tamen quod etiam quibuslibet diebus dominicis et festivis, loco alterius Misse ferialis,

611 r

Celebretur in Ecclesia ipsa, et pro qua Missa celebranda consuevit Prior dicte Ecclesie, ex ordine predicti Ill.mi D. Ni Cardinalis, contribuere scuta quinque. Reliquum vero elemosine quod datur Fratribus Sancti Francisci qui inibi celebrant, contribuunt Confratres ipsi ex ordine et decreto eiusdem Ill.mi Domini Cardinalis.

Sed tamen, quia Societas ipsa est pauperrima et nihil habet in bonis, propterea conquesti fuerunt Confratres ipsi quod Prior adeo exiguam eleemosinam contribuat pro supradictis Missis celebrandis, cum eis conveniat quotannis supradictis Fratribus celebrantibus persolvere scuta decem.



Et quia etiam in Ecclesia ipsa nulla habentur paramenta, et Altare unicum quod in ea habetur est lateritium, quidem cum suo Altare portatile consecrato confracto, et caret Icona, Cruce et pallio decente, minus quidem in ea habentur calix, missale et alia pro Sacrificio Missae necessaria, et propterea, attentis pinguissimis redditibus ipsius Prioriae, ordinavit in primis Priorem providere debere

611 v

Saltem de duabus planetis sericeis, altera albi et altera rubri colorum, cum suis stolis et manipulis, et de alia planeta saltem de camelotto pro diebus ferialibus, nec non et de duobus camicibus lineis cum suis amictibus, ac provideri etiam de uno calice argenteo cum sua patena argentea deaurato, et de uno missale de reformatis, et mandavit in ecclesia ipsa construi debere armarium unum pro supradictis paramentis in eo reponendis, item ordinavit Altare ipsum debere ornari Icona decente et pulchra, ac muniri Cruce una honorifica cum suo pede, et duobus candellabris aeneis decentibus, pallio uno honorifico serico rubri coloris ac uno Altare portatile consecrato in ipsum Altare inserendo, mandavitque etiam ecclesiam ipsam debere totam de bonis lateribus complanari et eversus portam pavementum ipsum elevari

612 r

Ne aqua tempore pluviali in Ecclesiam ipsam ingrediatur, et predicta mandavit fieri, executioni demandare, in termino unius anni sub pena privationis dicti benefitii, ipso facto per ipsum Priorem incurrenda si praedicta exequi demandare neglexerit, cum decreto etiam quod Prior ipse teneatur suis sumptibus in ecclesia ipsa celebrare facere Missas supradictas sub eadem pena privationis ut supra.

Visitavit deinde Societatem ipsam, que ut audivit non est satis numerosa, et regitur per unum priorem et unum subpriorem et quatuor consiliarios, et nihil habet in bonis preter eleemosinas quas contribuunt fratres ipsi, que colliguntur in capsula que retinetur in Ecclesia unica clave clausa que retinetur penes priorem dicte Societatis. Officiales predicti durant pro semestre et in fine eorum officij reddunt rationem sue administrationis successoribus in officio. Non tamen reddita fuit

612 v

Umquam ratio Rev.mo Archiepiscopo, et propterea ordinavit reddere rationem predictam, et ea servari que in Decretis Generalibus statuuntur.

Confratres ipsi in eadem Ecclesia omnibus diebus festis de precepto Officium Beate Virginis recitant in ortu solis, et deinde Missam audiunt, et propterea monuit ipsos Confratres ut in posterum eorum officia debeant ea hora recitare qua non impediunt Officia Ecclesiarum parochialium, caveantque a poena peccatis mortalis in quam incidunt postquam Missam in eorum Oratorio audierint deinde cessent Missam audire in eorum parrochiis.

Confratres ipsi induunt cappas cerulei coloris et processionibus ordinariis intersunt, associantur corpora defunctorum ad sepulturam nihil pro sepulturis petentes, visitant infirmos de societate et, si sint pauperes,

Curant eis pro possibile subvenire, et si contigat eos mori, propriis sumptibus eorum corpora tradunt ecclesiastice sepulture. In die Iovis Sancti consuevit fieri lotio pedum una cum collazione, quam tamen collationem idem Dominus Visitator prohibuit et pro ut in aliis Societatibus.

Et quia vidit capitula ipsius societatis valde antiquata et in libro indecenti descripta, propterea ordinavit eam de novo describi debere et deinde ad Rev.mum Archiepiscopum Taurini transmitti, qui ea revideat et deinde ea confirmet et soliti sui sigilli impressione muniat.

## **SOCIETAS DE MISERICORDIA**

### **TERRA CHERII**

In eadem die visitavit Ecclesiam simplicem Sancti Petri que quidem est titulus prebende Archipresbiteratus Ecclesie Collegiate loci Cherii. Que quidem Ecclesia, cum esset derelicta et in ea non convenisset aliqua divina officia persolvi preter quam in festivitate solummodo Sancti Petri, cum cetera officia per ipsum Archipresbiterum ab antiquo tempore persolvuntur in Ecclesia Collegiata dicti loci, et propterea idem Rev. Archipresbiter predecessor huius moderni

Ecclesiam ipsam concessit Confratribus et Societati de Misericordia ibi erecte et fundate de licentia et auctoritate Rev.mi Domini Ordinarii Taurinensis.

In Ecclesia ipsa extant tria Altaria, quorum duo sunt prorsus denudata, et solummodo Altare Maius est ornatum Icona valde antiquata, et caret candelabris decentibus et pallio honorifico, et Crux super eo existens caret pede. Et propterea ordinavit Altare ipsum Maius ornari debere duobus candelabris decentibus et ad Crucem apponi pedem unum et Iconam ipsius restaurari et Altare muniri pallio uno honorifico. Cetera vero altaria mandavit destrui ac demoliri nisi inter sex menses ea fuerint ornata de omnibus suis neccessariis.

Ad ipsum Altare Maius Confratres ipsi faciunt celebrare omnibus diebus festis de precepto per capellanum ad id specialiter conductum cum annua mercede scutorum octo, qui tamen secum debet afferre paramenta et cetera necessaria pro Missa celebranda cum Societas ipsa sit pauperrima et nihil stabilis possidet .

Nihilominus ne de cetero contingat Fratres illuc accedentes ad Missam celebrandam secum afferre paramenta, propterea ordinavit Oratorium provideri deberi de una planeta, si non sericea saltem de camellotto, cum uno camice lineo et cum sua stola et manipulo, ac de uno calice cum sua patena et

de uno missale de reformatis et de omnibus aliis suis necessariis pro Missa celebranda, in termino sex menses, aliter prohibuit in dicta Ecclesia celebrari.

Item ordinavit Ecclesiam ipsam totam debere pavimentari et tectum restaurari, et tres avelles qui abentur in ea, et qui carent eorum cooperculi, mandavit muniri debere suis cooperculis lapideis.

Societas ipsa est satis numerosa, cum nunc excedat numerum 50, et regitur per unum Rectorem, quatuor Consiliarios et duo Massarios, qui administrant eleemosinas. Officiales perdurant per semestrem et in fine eorum officii reddunt rationem sue administrationis

614 v

Successoribus in officio absque interventu alicuius modi Rev.mi Archiepiscopi, et propterea circa hoc et alia bonum regimen et curam Societatis predictae spectantia mandavit servari que in Decretis Generalibus statuuntur.

In Oratorio ipso conveniunt omnibus diebus festis de precepto ad recitandum Officium Beate Virginis quod recitant in ortu solis, et processionibus ordinariis intersunt et etiam extraordinariis quando vocantur, et associantur corpora defunctorum ad sepulturam, et morte punitos hortantur ad libenter subiiciendum patibulo eorum corpora in expiationem, et eos numquam deserunt quousque ad patibulum perveniunt et eos in eorum Ecclesia sepeliuntur, quod summopere placuit eidem Domino Visitatori.

Societas ipsa habet Capitula que sunt ab Ordinario approbata, et propterea mandavit ea per Confratres ipsos inviolabiliter observari.

## **ECCLESIA SANCTI BENEDICTI**

### **LOCI CHERII**

Die dicta visitavit Ecclesiam simplicem sub titulo Sancti Benedicti de dicto loco Cherii, quae dicitur membrum

615 r

Abbatie et Monasterii Sancti Benedicti Ordinis Cistercensis degentis in Abbazia Casenove et consuetam semper conferri uno ex monachis supradictae Abbatie, et de presenti est Rector Rev.dus Dominus Aleramus Gathus, Decretorum doctor et in Sacra Theologia licentiatus, de Carmagnola, ac unus ex monachis supradictis, et habet de annuo reddito scuta quinquaginta quinque monete currentis que percipiuntur ex annuo affictu. Et licet ipse Ecclesie aliquod certum onus non incumbat, nihilominus debet modernus Rector inibi celebrare bis qualibet hebdomada; et propterea, ut de cetero in posterum non desint Rectores pro tempore inibi Missam celebrare, per modum facultatum ipsius benefitij, que sunt satis pingues, ordinavit Rectorem modernum et alios etiam pro tempore

futuros prosequi debere in hoc onere persolvendo, celebrandi bis in hebdomada, nec non etiam mandavit Ecclesiam ipsam debere totam dealbari et bene solariari et pavementum in partibus devastatis

615 v

Accomodari et ad avella que inibi sunt, sua opercula lapidea apponi.

Et quia in dicta Ecclesia habentur tria Altaria quorum duo sunt denudata et indecentissima, Altare vero quod est Maius caret candellabris decentibus, pallio et scabello, propterea ordinavit Altare ipsum Maius debere muniri duobus candellabris aeneis, pallio uno si non serico saltem corei aurati, et scabello uno ligneo, ac Altare portatile consecratum in ipsum Altare inseri, et quia vidit haberi paramenta parum decentia, propterea ordinavit etiam provideri debere una planeta serica albi coloris cum sua stola et manipulo, camice et amictis, et de uno missale decenti, cum in ceteris viderit haberi calicem unum decentem cum suis corporalibus et purificatoriis in numero competenti et decentibus.

## **ECCLESIA SANCTI STEPHANI**

### **LOCI CHERII**

Die ultima octobris, visitavit Ecclesiam simplicem Sancti Stephani de dicto loco Cherii que dicitur esse de patronatu illorum Dominorum Rectorum Hospitalis Maioris dicte terre, et illius est Rector Rev.dus Paulus Emilius

616 r

Ferrerius, Cantor in supradicta Ecclesia Collegiata Cherii, et habet in annuo reddito scuta 25 cum onere celebrandi bis in hebdomada, quod tamen onus, ut dictum fuit, integre non persolvitur. Licet Rector quotannis conducat fratrem unum sacerdotem Ordinis Sancti Benedicti cum annua mercede scutorum quatuor pro Missa inibi celebranda, nihilominus monuit ipsum Rectorem ut in posterum curet quod onus ipsum integre persolvatur sub pena privationis dicti servitij.

Mandavit quidem ipsi Rectori ut Ecclesiam ipsam totam debeat dealbare et Altare ipsius munire Icona decente, Cruce, candellabris, tobaleis, pallio et scabello ligneo ac omnibus aliis cecessariis.

Et quia etiam vidit haberi paramenta parum decentia, propterea mandavit provideri de una planeta serica rubri coloris, cum sua stola et manipulo, ac de uno camice lineo cum suo amictu, et etiam fieri calicem unum argenteum deauratum cum sua patena argentea, et unum missale de reformatis, et ordinavit confieri debere armarium unum in Ecclesia ipsa locandum ac tuta et fida clave claudendo in quo paramenta et

616 v

Ornamenta predicta recludi mandavit.

## **ECCLESIA SANCTI GUGLIELMI**

### **APUD TERRAM CHERII**

Die dicta visitavit Ecclesiam simplicem sub titulo Sancti Guglielmi infra terram ipsam Cherii, que dicitur unita Mense Capitulari supradicte Ecclesie Collegiate Sancte Marie de dicto loco Cherii, que tamen per Canonicos et Capitulum predictum fuit concessa iam octo annis elapsis Confraternitati Disciplinatorum Sancti Spiritus, qui in Ecclesia ipsa conveniunt omnibus diebus festis de precepto ad recitandum Officium Beate Virginis et Officium Sancti Spiritus, et omnibus diebus dominicis et festis de precepto faciunt celebrare in Ecclesia ipsa; que est satis ampla et tota fornicata et pavimentata ac etiam sumptibus eorundem Confratrum.

Et in ea habentur tria Altaria, et primo Altare Maius, quod est ornatum satis decenter Cruce, candelabris, tobaleis, pallio, et scabello et aliis suis necessariis. Alia vero duo Altaria, ab utroque latere Altaris Maioris existentes, penitus destituta ac tota denudata, mandavit destrui ac demoliri, nisi in termino quatuor mensium ea fuerint ornata Iconis decentibus ac munita Crucis, candelabris, tobaleis, scabellis et omnibus suis necessariis.

Et quia Societas ipsa adhuc non habet paramenta aliqua

617 r

Pro Sacrificio Misse, licet dictum fuerit eam in dies parari, propterea ordinavit quod provideatur de una planeta ac de uno camice lineo cum suo amictu, nec non et de uno calice cum sua patena in termino duorum mensium, aliter prohibuit Missam in dicta Ecclesia celebrari.

Societas ipsa est satis numerosa, et regitur per unum Rectorem et unum Vice Rectorem et quatuor Consiliarios et duo Sindicos, et unum thesaurarium qui tenet computa dicte Societatis et in fine sui officii, quod durat pro semestre una cum aliis officibus, reddit rationem sue administrationis successoribus in officio, absque interventu alicuius, minime Rev.mi Domini Archiepiscopi, propterea ordinavit ad computa ipsa de cetero evocari debere rev.mum Dominum Vicarium Foraneum loci Cherii.

Societas ipsa nihil habet in bonis, preter eleemosinas et oblationes que inter ipsos Confratres contribuuntur et que a piis fidelibus largiuntur.

Confratres ipsi induunt cappas albi coloris et processionibus intersunt, et corpora defunctorum Confratrum ad sepulturam associantur, et Confratres dum infirmantur visitantur ac et eis pro posse subvenitur si sit pauper et propriis sumptibus curant sepeliri et pro sepulturis nihil extorquere sed accipiunt

617 v

Quidquid libenter eis elargitur, et pro anima cuiuslibet Confratris Societas ipsa facit celebrare tres Missas magnas in cantu et novem Missas planas pro mortuis.

Ter in anno conveniunt in Oratorio ipso, et utique in solemnitate Paschatis, Pentecostes et festo Omnium Sanctorum, et in Nativitate Domini nostri Iesu Christi, et induti eorum cappis, sacram Communionem collegialiter accipiunt, et bis in anno Sancte Eucharistie Sacramentum adspiciendum proponunt et utique in die festo Omnium Sanctorum et in solemnitate supradicte

Pentecostes. Sed quia tunc temporis non cessant Confratres ipsi in eodem oratorio Missas et alia Divina Offitia celebrare, et exinde maxima confusio et necdum modica etiam reverentia ipsius Sanctissimi Sacramenti nascatur, ut idem Rev. Dominus Visitator vidit, propterea statuit ac decrevit ut de cetero, dum Sanctissimum Sacramentum super Altare positum paret conspicuum, Misse et alia Divina Offitia cessare debeant, cum tunc temporis solummodo orationibus ac meditationibus sit attendendum, cum decreto quod semper ad custodiam ipsius SS.mi Sacramenti assistere debeat unus sacerdos, vel saltem in Sacris Ordinibus instituti, ut ipse Altari et SS.mo Sacramento ministret, non autem aliquis laicus; non ad laicos spectat enim modo spetiali orare et adorare, ad sacerdotes

618 r

Vero et alios in Sacris Ordinibus institutos ministros.

Et quia Confratres ipsi habent eorum capitula que non sunt approbata, propterea ordinavit ea de novo revideri et ad Rev. Mum Dominum Archiepiscopum transmitti, qui ea approbet et confirmet et sui soliti sigilli impressione debeat ea munire.

## **ECCLESIA LOCI VIBERNONIS**

### **IN TERRITORIO CHERII**

Eadem die, visitavit Ecclesiam simplicem et campestem Sancte Marie de loco Vibernonis, que est titulum canonicatus et prebende quam obtinet Rev.dus Dominus Matheus Broliia, canonicus in Ecclesia Collegiata oppidi Cherii, et in qua, seu domibus eidem contiguis, annis proxime preteritis degebant Fratres Capucini, et ibi Missas et alia Divina Officia persolvebant, sed a paucis mensibus citra, cum inde recesserint Fratres et se contulerint ad alium locum et magis prope terram Cherii, inibi Missa non fuit celebrata, minusque aliqua onera persoluta, cum ea persolvat idem Dominus Canonicus in Ecclesia Collegiata.

Ecclesia ipsa in suis edificiis bene se habet, cum sit bene solariata et pavimentata, et in ea habentur duo Altaria, et primo Altare Maius, quod est sub crunula tota depicta. Quod in uno cum Icona ipsius Altaris, que est satis decens, mandavit restaurari et de tribus tobaleis decentibus, et pallio

618 v

Uno corei aurati muniri, nec non et de una Cruce honorifica, et duobus candelabris decentibus. Mandavit quidem ad illud Missam celebrari debere saltem semel in hebdomada.

Alterum vero Altare est totum denudatum, et quidem non est dotatum nec beneficiatum: mandavit destrui ac demoliri.

## **ECCLESIA FRATRUM CAPUCINORUM**

### **TERRE CHERII**

Eadem die visitavit Ecclesiam Sancti Maurittii, que est fratrum Capucinatorum, extra et prope terram ipsam Cherii, quam depingunt de novo constructa ut et apparuit.

Ecclesia ipsa est satis ampla, et licet adhuc non sit perfecta, nihilominus in brevi fabrica ipsius Ecclesie ad perfectionem reducitur, cum parietes omnes ipsius Ecclesie adhuc constructe et nihil aliud fere remaneat quod Ecclesiam ipsam cooperire et parietes incrustare et dealbare, licet a parte et Altaris Maioris et Chori sit tota fornicata et dealbata et pavimentata et ad presens Misse et alia Divina Officia celebrantur et persolvuntur in Choro et ad unum Altare ligneum quod inibi per modum provvisionis fuit arredatum, donec et quousque et Ecclesia et Altare ipsum fuerint perfecte ornata et munita omnibus suis

619 r

Necessariis. Nam tunc et super Altare Maius Sanctissimum Eucharistie Sacramentum continue asservabitur in pulchra custodia lignea de foris bene deaurata et picta ac intus panno serico rubri coloris circumtecta, quam vidit iam fuisse paratam una etiam cum pulcherrima pixide argentea cum suo operculo et pede rameo, tota decorata et valde pulchra, que omnia vidit parata pro ipso SS.mo Sacramento asservando, ita quod nihil habuit ordinandi nisi quod clavicula ipsius custodie decoretur.

In dicta Ecclesia, seu domibus eidem attiguis, continue degunt decem ex supradictis fratribus, quorum quatuor sunt sacerdotes qui inibi Missas celebrant, et ceteri omnes etiam alia Divina Offitia, sed diurna tantum, horis congruis persolvunt iuxta eorum regulare institutum, et fratres predicti a tempore paschali citra in huiusmodi loco se receperunt ,

619 v

Cum alias consuevissent degere in loco Vernoni et ad Ecclesiam Sancte Marie de Vibernono.

Visitavit deinde paramenta ipsorum fratrum que ad presens retinentur intra septa monasterii quoadusque Ecclesia fuerit perfecta; vidit tamen pulchrum armarium retinendum in Choro ubi conservanda erunt paramenta, que vidit esse satis decentia, et nitida et honorifice tenta, et ea habentur omnium colorum quibus Romana Ecclesia utitur, et habentur et duo calices valde pulchri et plura corporalia, et purificatoria satis munda et nitida, ac pallia pro altaribus similiter omnium colorum, ita ut circa ea nihil aliud habuit ordinandi, cum viderit omnia bene se habere.

## ECCLESIA SANCTI AUGUSTINI

### TERRE CHERII

Die ultima octobris 1584, visitavit Ecclesiam Sancti Augustini, fratrum eiusdem ordinis et congregationis Lombardie, ex quibus sex sacerdotes celebrantes cum duobus ministris inferioribus cohabitant in monasterio eidem Ecclesie contiguo. Et ea, ut dixerunt, pervenerunt paupertate, ut nihil prorsus possidant, exceptis nemoribus quibusdam, et ex illis tot percipiunt ligna combustibilia quot eis sufficiunt, et vivunt ex eleemosinis quas percipiunt quotidie questuantes hostiatim. Et tunc Matutinale Officium non recitant in Ecclesia, sed eorum quilibet privatim in propriis cameris, ceteras autem Horas Canonicas persolvunt in Ecclesia, et tres ex ipsis ab Ordinario approbati confessiones audiunt poenitentium.

Sacram Eucharistiam conservant in Ecclesia, sed in parvulo vase vitreo, introcluso in custodia lignea valde indecente. Et cum dixerint fratres ipsi pro inopia et nimia qua premuntur paupertate non posse decentius Sacramentum ipsum conservare, decrevit Sacramentum et custodiam ipsam ligneam de Altare removeri et eius loco poni Crucem et deinceps Sacramentum ipsum non conservari nisi prius confecta parva pixide argentea, aut saltem ramea, intus et foris aurata, et confecto tabernaculo ligneo decente de foris aurato

620 v

Et ornato et intus panno serico rubri coloris circumtecto sub fida clave auranda et ornanda ut supra.

Vidit deinde Altaria, et primo ALTARE MAIUS, quod vidit esse lateritium, cum altare portatile satis amplo et inserto, et vidit illud esse ornatum Icona pulchra et munitus omnibus necessariis. Ad ipsum Altare tenentur fratres quolibet die dominica celebrare et insuper aliis duobus diebus ferialibus in hebdomada, quia eisdem fratribus domini de Tana dant florenos triginta ex conventionem facta cum ipsis fratribus et pro ut in instrumento seu scripturis penes ipsos fratres existentibus.

ALTARE NATIVITATIS GLORIOSE VIRGINIS, extra Chorum immediate ad sinistrum latus, est lateritium cum altare portatile inserto, et est ornatum Icona pulchra cum sua cortina lineae et munitum tobaleis. caret tamen pallio decente, Cruce et candellabris, et dicunt spectare ad Dominum Dominicum Penacium et ad illud tenentur fratres bis in hebdomada celebrare et propterea dictus Dominus Penacius dat quotannis ipsis fratribus saccos tres frumenti, pro vigore legati eisdem

621 r

Fratribus facti, et pro ut constare dixit in libris conventus fratrum predictorum. Ut igitur Altare ipsum magis decens sit pro Sacrificio Misse, decrevit in primis supra Iconam ipsam apponi baldachinum honorificum et Altare muniri Cruce pulchra cum suo pede decente, duobus candelabris aeneis et unico saltem pallio serico albi coloris sumptibus patroni predicti.



ALTARE SANCTE ANNE sub Capella satis congrua et tamen fere spoliatum, cum sit unica tobalea et quidem lacerata munitum, et dicitur spectare ad Antonium Vernatum, ad quod tenentur fratres Missam unam feriale celebrare qualibet ebdomada pro elemosina florenorum quinque quolibet anno, propterea ordinavit Altare ipsum debere muniri tobaleis tribus, Cruce, candelabris et pallio ut supra, que si patronus ipse facere recusaverit, aut pro illius forsitan paupertate facere non potuerit, ordinavit Altare ipsum demoliri et removeri prorsus et Missam que ad ipsum celebrari debetur ut supra, mandavit celebrari ad unum ex Altaribus dicte Ecclesie arbitrio ipsius patroni.

ALTARE SANCTE MARTE est sub Capella et habet Iconam que

621 v

Satis tolerabilis esset, tamen Altare ipsum est destitutum omnibus nec est qui curat eam decorationem. Propterea ordinavit Altare ipsum debere demoliri et removeri nisi, in termino mensis, aliquis comparuerit qui in se onus assumat Altare ipsum ornandi et muniendi Cruce, candelabris, tobaleis et pallio et Iconam ipsam restaurandi seu lustrandi.

ALTARE SANCTI JACOBI sub Capella decente, et fenestre sunt ambe vitrate, et Icona satis pulchra. Et olim spectabat ad illos de Villa, nunc vero patronum aliquem non habet et non est dotatum, nec est qui in illo celebrare tenetur. Est tamen munitum tobaleis, sed caret Cruce et candelabris, de quibus ordinavit provideri, cum decreto quod liceat patrono et fratribus Capellam et Altare predicum cuicumque concedere qui tunc voluerit ipsum dotare et ornare ut supra.

ALTARE ASSUMPTIONIS GLORIOSE M. V. Sub Capella valde honorifica, et est ornatum pulcherrima Icona, et est munitum honorifice omnibus suis necessariis, et dicitur spectare ad Dominos de Visca et est dotatum de locis triginta quatuor comperarum in monte Sancti Georgii civitatis Janue, ex quibus

622 r

Percipiunt quandoque fratres ipsi scuta 30 sex monete, et propterea tenentur quotidie ad ipsum Altare celebrare, quod onus persolvitur; qui etiam tenentur qualibet hebdomada Missam unam celebrare in cantu pro defuntis.

ALTARE SANCTI IOANNIS EVANGELISTE, sub Capella congrua cum suis fenestris vitratis, est ornatum de Icona pulchra, sed est munitum tobaleis indecentissimis et caret Cruce, candelabris et pallio et dicitur spectare ad illos de Rascheriis, et non est dotatum nec ad illud celebratur excepto die festivitatis eiusdem in quo Missa una celebratur in cantu; nihilominus ordinavit Altare ipsum debere muniri tribus tobaleis horificis, Cruce, candelabris et pallio ut supra sumptibus patronorum, qui si id facere recusaverint, decrevit Capellam ipsam concedi unicuique Altare volenti illud dotare ac munire ut supra.

ALTARE nuncupatum SS.MI SUDARII est lateritium cum altare portatile inserto, sub Capella congrua, et est ornatum pulcherrima Icona cum decentibus ornamentis et est munitum tobaleis et pallio, vulgari tamen, et caret Cruce et candelabris et fenestra non est vitrata, et dicitur spectare ad illum Ill.mum Comitem Renatum et Presidentem de Costa, Dominus Polonghere et Arignani, est dotatum competenter quia fratres ipsi ex dote percipiunt quotannis scuta decem

622 v

Et septem moneta, et tenentur tres Missas feriales qualibet ebdomada celebrare et in festo Sancti Michaelis mensis septembris, et die quarta maii Missam in cantu celebrare tenentur, tamen cetera omnia provideant ornatui Altaris et Capelle predictae. Decevit in primis fenestram vitrari et Altare ipsum muniri Cruce pulchra cum suo pede decente, duobus candelabris aeneis et unico saltem pallio serico rubri coloris.

ALTARE SANCTI IACOBI ET PHILIPPI est sub Capella satis decente sed ipsum Altare est satis inornatum et caret omnibus. Ad quod tenentur fratres ipsi Missam unam celebrare qualibet ebdomada ex dote scutorum 30 vel circa ab eis semel recepta, et licet dicatur Altare ipsum spectare ad Dominam Mariam Viscam viduam, non tamen curam aliquam habet de eo, propterea decevit quod si in termino mensis Capellam ipsam dealbari non fecerit, et Altare non muniverit Cruce pulchra, candelabris duobus aeneis, tobaleis tribus et pallio saltem uno serico rubri coloris, Capella ipsa censeatur et sit in statu libero et eadem concedi cuicumque volenti illam ornare ut supra.

ALTARE VISITATIONIS SS. ME VIRGINIS sub Capella tota fere nubilata et in pluribus fere decrustata. Altare est inornatum et est sine dote cum non habeat aliquem Patronum, licet unus sit qui se obtulit in se onus Capelle predictae suscipere

623 r

Et Altare ipsum dotare, ornare et munire omnibus suis necessariis, propterea decevit in primis Capellam ipsam incrustari et dealbari, Iconam debitis ornamentis ornari et Altare muniri Cruce, candelabris et pallio ut supra, ac demum dotari competenter ita quod semel saltem in hebdomada valeat celebrari.

ALTARE SANCTI PETRI ET PAULI sub Capella tota denubilata, et pro Icona habet picturas in pariete cum certis ornamentis gipseis, est lateritium cum altare portatile insertum, et ad ipsum tenentur Fratres semel in hebdomada celebrare pro elemosina duorum florenorum ex legato eisdem Fratribus facto sub onere celebrandi ut supra.

Altare ipsum dicitur spectare ad Alexandrum Frinzantem, cuius pater Altare ipsum ornavit seu ornari fecit ornamentis predictis. Quocirca ordinavit in primis Capellam ipsam totam incrustari et dealbari et deinde Altare muniri Cruce pulchra, candelabris decentibus et unico saltem pallio serico rubri coloris, item et cortina linea pro cooperienda icona et picturis predictis. Et cum viderit ad latus sinistrum dicti Altaris solum capelle fuisse excavatum et in ea foveam factam fuisse pro sepeliendo corpore Nicolai Frinzantis, ordinavit imprimis solum

623 v

Ipsum debere bonis lateribus complanari et pavimentum cohequari, cum decreto quod ut deinceps nemini liceat solum ipse Ecclesie seu Capellarum excavare sub pena excommunicationis etiam ab ipsis fratribus incurrere; decevit etiam liceat solum ipsum excavari pro conficiendis tombis seu vasibus.

ALTARE SANCTI GOFREDI sub Capella tota obnubilata, ornatum Icona decente et ceteris male munitum, dicitur spectare ad Dominum Sebastianum Liurnum et Dominum Augustinum Mascenam, et ad ipsum tenentur fratres celebrare duas Missas in hebdomada cum elemosina scutorum duorum moneta. Ut igitur decenter Divinum Cultus ad ipsum Altare peragatur, decevit in primis Capellam ipsam totam dealbari, Altare ornari Icona pulchra, muniri Cruce decente cum

duobus candelabris aeneis, tribus tobaleis et unico saltem pallio saltem de coreo aurato si non serico, cum decreto quod si cum Patroni ad id quam citius non convenerint, alteri eorum liceat prescripta omnia executioni mandare et is solum et in solidum remaneat alio penitus excluso.

ALTARE NATIVITATIS DOMINI sub Capella picta sed antiquata, et in parietibus decrustata, est lateritium cum altare portatile inserto; est ornatum Icona pulchra sed est male munitum ceteris necessariis, et dicitur spectare ad Dominos de Bertonis, et ad ipsum tenentur fratres semel in hebdomada celebrare

624 r

Et Missam secundam Nativitatis Dominice in aurora. Et ne Capella ipsa diutius sic remaneat, decrevit parietes ipsas incrustari et demum easdem et fornicem totius Capelle dealbari, et Altare muniri Cruce, candelabris et pallio ut supra.

ALTARE SANCTI NICOLE DE TOLENTINO est sub Capella tota decrustata, Altare est nudum et caret omnibus, quia retroactis temporibus Capella ipsa aqua sepius fuit inundata, et bellorum tempore a militibus profanata, ita quod ab inde citra fere pro derelicta habita fuit. Non est dotata nec Missa aliqua celebratur, excepto die festivitatis Sancti Nicole. Et quia Capella ipsa dicitur spectare ad Nobiles Antonium fratresque Valfredis, decrevit in primis Capellam ipsam debere ab ipsis incrustari et dealbari, fenestra vitrari et Altare ornari Icona pulchra cum suis ornamentis et deinde ornari Cruce, candelabris, tribus tobaleis, unico saltem pallio serico albi coloris, et ita dotari ut unica saltem Missa in hebdomada valeat celebrari.

ALTARE SANCTI IOANNIS BAPTISTE immediate intra Corum ad dexterum latus est decenter ornatum Icona pulchra cum suis pulchris ornamentis, et Altare est munitum tobaleis et pallio satis decente. Caret tamen Cruce, candelabris et honorificis de quibus ordinavit quam primum provideri.

624 v

Ad ipsum Altare tenentur fratres bis in hebdomada celebrare pro eleemosina florenorum decem in anno.

Visitavit deinde SACRISTIAM ipsorum Fratrum quam vidit satis amplam esse et fuisse constructam, non tamen est munita lavatorio et oratorio, et propterea ordinavit quamprimum muniri lavatorio et oratorio predictis. In reliquis vidit eandem Sacristiam tribus calicibus decentibus munitam, ac pluvialibus et pretiosis pluribus planetis et tunicellis, stolisque et manipulis decentibus, et planetis etiam ferialibus. Vidit et missalia duo de reformatis, et vidit Psalteria, Gradualia, Antiphonaria et alios libros de cantu plano et pro Divino Cultu peragendo congruentes et congruentia. Cum tandem viderit hostias absque imagine Crucifixi, usum earum prohibuit.

Et redeundo in ECCLESIAM ipsam, vidit eam valde pulchram esse, et bonis lateribus complanatam, et nihil in parietibus et pavimento indigente. Non tamen vidit sedes aliquas paratas ad audiendum Confessiones penitentium: propterea decrevit quatuor amplas sedes lateratas, coopertas et cancellatas ac munitas ut alibi sepe ordinatum fuit et ut in decretis generalibus.

## COMENDA SANCTI ANTONII

### TERRE CHERII

Eadem die, visitavit Ecclesiam Sancti Antoni, “La Comenda” vulgariter nuncupatam,

625 r

Et illius est Comendatarius Ill.mus et Rev.mus Dominus Alexander Riarius, Sancte Romane Ecclesie presbiter Cardinalis, et vidit Ecclesiam totam de novo restructuratam, fornice fabricatam cum tribus navibus et ita bene se habet ut videtur nihil desit, et in ea habentur Altaria tria que bene sunt ornata et munita.

Eidem Ecclesie nulla imminet cura animarum et in ea tamen inhabitant tres sacerdotes ex monacis Heremitarum Sancti Hieronimi de Hospitalete, Dioecesis Laudensis, ad instantiam prefati Ill.mi Cardinalis, qui Missas celebrant et omnes Horas Canonicas excepto Matutino recitant in eadem.

Et licet monaci predicti teneant et possideant bona Ecclesie, nihilominus solvunt eodem Ill.mo Cardinali scuta mille auri in auro, et ipsi pro eorum victo nihil habent, sed ope et auxilio Religionis sue eidem alimenta ministrantur, et ultra scuta mille predicta tenent expendere scuta 10 pro necessitatibus Sacristie.

Diebus ferialibus duo Misse celebrant quotidie, diebus vero festis quatuor, nec Vespere cantant nec Misse.

Monaci et Fratres predicti cohabitant domum quandam ad ipsam Ecclesiam spectantem et eidem contigua, et vitam communem agunt, et cum a duobus mensibus circa vel citra venerint ad Ecclesiam

625 v

Predictam, adhuc non sunt multum informati de statu vel de consuetudine illius Ecclesie, quinimo, ut dixere, adhuc ipsis datum non fuit locus in processionibus, cum regulares mendicantes adhuc noluerunt eidem cedere locum sue Religionis. Propterea ordinavit Capita monasteriorum mendicantium Predicatorum evocari et, eis auditis, quamcumque questionem de precedentia terminari.

Visitavit deinde sacristiam, que licet sit satis angustam, sufficit tamen pro statu Ecclesie, et in ea vidit planetas sericas sutas, decentes et honorificas. Vidit etiam due Calices decentes et camices et omnia in sufficienti numero. Cum tamen armarium sit confractum, ordinavit fieri armadium magnum cum suis intermediis ad custodiam paramentorum et ornamentorum et ad lavatorium ordinavit poni situla, vel ramea vel ex auricalco, perpetuo ibi remanenda cum suis manutergiis paratis.

Et quia eidem Ecclesie onus Hospitalitatis incumbit et domus adest Hospitalitatis fere contigua dicte Ecclesie, se contulit ad visitationem dicte domus, quam cum ingressus fuit vidit mansionem quandam magnam inferiorem cum duobus tantum lectis, bene tamen munitis et indutis, et ut dixit Prior, cum dictis monacis domus ipsa debet continue parata esse ad hospitandum non quoscumque divagantes

Sed eos tantum qui peregrinantur ad visitandum Sanctum Jacobum in Compostella et quidem non recipiuntur nisi fidem cum scriptis sue peregrinationis exhibeant, et quibus ultra hospitalitatem debent dari alimenta cibi et potus pro una tantum die. Sed cum viderit mansionem ipsam desolatam, lateres tamen et calcem vidit paratos pro pavimento conficiendo. Mandavit propterea mansionem ipsam debere bonis lateribus complanari et, cum dictum fuit, hospitalitas in ibi non est danda nec prestanda nisi vere peregrinantibus et non vulgaris conditionis hominibus. Et ut audivit sex lecta inibi parata adesse, debentur decrevit quatuor alia lecta bene munita et fulcita parari, et super unum quorumcumque eorum appendi debere padiglionem seu conopeum, lineum et vulgarem ad solam utilitatem non autem ad pompam.

## MONASTERIUM SANCTE CLARE

### TERRE CHERII

Eadem die visitavit Ecclesiam seu Oratorium Sancte Clare monialium seu consororum eiusdem Ordinis Sancti Francisci Conventualium, sub cura et gubernis Rev.mi Domini Archiepiscopi Taurinensis, qui ad earundem consororum curam specialem deputavit sacerdotem unum Presbiterum secularem qui consorores ipsas audit in confessione et eisdem Sacram Eucharistiam ministrant. Non autem in presenti

Consuevere semel in mense Sacram Comunionem recipere. Propterea ordinavit in proximis omnes moniales singulo mense confiteri debere peccata sua et Sacramentum recipere Communionis.

Capellano seu Confessario predicto moniales ipse pro sua mercede condonant scuta 28 moneta cum onere audiendi earum confessiones et celebrandi omnibus diebus festis de precepto et alteras quatuor Missas feriales, ita quod consorores ipse nequeunt audire quotidie Missam ut decet, et tenetur insuper monialibus ipsis Sacramenta ministrare etiam in infirmitate.

Ecclesia sive Oratorium ipsum est satis decens et Altare, quod unicum est, est satis ornatum et munitum omnibus necessariis, et super eo asservatur Sacra Eucharistia in quadam pixide vitrea reclusa in tabernaculo ligneo deforis bene aurato et ornato, sub fida clave, et lampade ardente coram eo sumptibus Sororum. Verum, quia tabernaculum ipsum non est intus panno serico rubri coloris circumtectum, ordinavit illum circumtegi et illius clavicula aurari et ornari ut superius dictum, et provideri de pixide argentea honorifica pro custodiendo Sacramento predicto.

Et cum nihil aliud circa Eucharistiam ipsam et Sacramentum ordinandum habuisset, visitando clausuram monialium, vidit imprimis unam amplam fenestram altiore, cancellis ferreis tamen cancellata, ad quam, ut dictum fuit,

Missam audiunt moniales et eo loco Divina persolvunt Officia. Aliam deinde vidit fenestram inferiorem, similiter cancellis ferreis cancellatam, per quam moniales predicte sacram Communionem recipiunt. Et cum moniales de novo habitum religiosum suscipiant, super quo ordinavit servari que inferius statuentur.

Et circuemeundo monasterium, ingressus fuit allocutorium in quo vidit fenestram quandam cancellis ferreis cancellatam, que bene se habet, et ab alio latere vidit aliam fenestrellam cum rotula imposita congrue se habente. Et ulterius progredendo circuitum ipsius Monasterii, vidit multas fenestras prospicientes in viam publicam, propterea ordinavit ad unamquamque fenestrarum predictarum apponi debere tutam unam lateritiam sive ligneam, ita quod omnis tollatur prospectum.

Et deinde ingressus intra septa Monasterii, vidit adhuc non habere formam Monasterii sed cuiusdam private domus, tamen vidit fabros murarios instantes et construentes muros presertim ab ea parte in qua domus existit cuiusdam Francisci Lucij in qua quidem domo adsunt quamplures fenestre prospicientes necdum in horto ipsarum Monialium sed fere et intra cameras et cubilia ipsarum, propterea decrevit precipi et mandari dicto Francisco, sub pena scutorum quinquaginta et excommunicationis, in subsidium debeat in termino dierum octo fenestras

Ipsas conclusisse valido muro.

Et deinde, cum pervenisset ad locum quondam in quo moniales ipse omnes capitulariter concurrunt, ad eas allocutus fuit, et per interrogationes eisdem factas, habuit quod cum nuper eisdem monialibus et earum domui unitum fuisset aliud Monasterium certarum monialium Terziariarium que ad numerum duarum reducte fuerunt, quedam soror Marta noluit ingredi Clausuram sed potius commorari in domo privata cuiusdam secularis mulieris, propterea decrevit ipsam sororem Martam etiam per vim conduci intra claustum ipsarum monialium etsi renitens fuerit carcerari et detineri in vinculis.

Et ulterius progredendo, per interrogationes eis factas habuit quod Abbatissa a sex annis citra vel circa electa fuit intra septa Monasterii ad presentiam Vicarii Foranei, et nullatenus ad Cancellos Ferreos ut fieri mandat Concilium Tridentinum, et electa fuit ut sit perpetuum duraturam in officio Abbatisse huiusmodi. Quo circa declaravit in primis Vicarium Foraneum incurrisse penas violate clausure, et electionem Abbatisse predicte nullam fuisse et esse, et de novo fieri debere electionem de alia Abbatissa, ad triennium dumtaxat et iuxta formam bulle SS.mi Domini Nostri Pape Pii V super inde emanatam.

Moniales predicte singulo mense non confitentur

Sua peccata nec sacram Communionem recipiunt, propterea decrevit super inde servari Concilium, curarique ut deinceps singulo (mense) et confiteantur et et sacram Communionem reficiant, oblato etiam eisdem bis vel ter in anno confessario extraordinario iuxta formam Concilii predicti.

Vitam agunt comune, quia unicum habent refectorium, unicum vestiarium, et sumptibus Monasterii earum provisionibus subvenitur tam in vita quam in morte et in infirmitatibus, car de

novo ingredienti pro perpetuis alimentis secum adferunt scuta 200. Que cum recipiant moniales ipse ante professionem contra formam Concilii Tridentini, monialibus ipsis intimavit prohibitionem Concilii, et pena excommunicationis quam incurrunt decretum ipsum non servant, cum prohibitione quod de cetero alimenta huiusmodi non recipiantur nisi tempore professionis, et anno probationis durante victum et vestitum restitui debere iuxta dispositionem Concilii.

Monasterium, seu moniales predictae, habent in anno redditum saccorum 100 frumenti, caratas duodecim vini, scuta 100 ex affectibus pratorum et aliarum possessionum et tantum nemoris ex quo percipiunt ligna combustibilia pro usu monialium,

628 v

Et redditus omnes predicti ministrantur, nec secum habent ministram aliam preter unam thesaurariam nuncupatam que clavem retinet poenes se introituum autem reddituum domus et Monasterii predicti in pecunia numerata.

Moniales ipse omnes sunt in numero duodecim, et retinent duas servientes seculares que ingrediunt et egrediunt iuxta contingentiam ac pro necessitatibus monialium, cum nullas habeant moniales conversas et cum numerus adhuc eisdem statutus non fuerit. Pensatis et valutatis redditibus antedictis, decrevit ac constituit numerum monialium presentiarum fore et esse debere numerum duodecim velatarum et trium *servilicium* ad summum, mandando percipiendo quod deinceps numerus huiusmodi debeat servari sub penis arbitrio Ordinarii.

Et cum deinde visitasset cameras omnes nec vidisset aliquid superflui in eis, ore etiam tarditate perventus, inde recessit et moniales ipsas in pace dimisit.

## CONVENTUM SANCTI DOMINICI

### TERRE CHERII

Die prima Novembris 1584. Visitavit Ecclesiam Sancti Dominici, que est Fratrum eiusdem Ordinis Predicatorum, ex quibus sexdecim conventualiter habitant

629 r

In Monasterio eidem Ecclesie contiguo, et ex ipsis novem sunt Sacerdotes celebrantes qui incumbunt et nocturnis et diuturnis Officiis. Et audiunt Confessiones Poenitentium cum ex eis quinque fuerint ab Ill.mo Domino Archiepiscopo approbati et admissi et licet eidem Ecclesie nulla imineat cura animarum.

Prior tamen et Fratres predicti in dicta earum Ecclesia sacram Eucharistiam asservant super Altare Maius, in vasculo argenteo introcluso in custodia seu tebernaculo, ligneo de foris bene aurato et ornato, intus etiam panno serico rubri coloris circumtecto, sub fida clave quam aurari mandavit,

et coram eo ardet continue lampas una. Et cum vidisset Sacramentum ipsum honorifice asservari, nihil aliud ordinavit, sed contulit se ad visitationem Altarium.

Et ab ALTARE MAIORE exordiendo, vidit illud esse lateritium, sed cum altare portatile inserto in forma congruenti. Ornatum est satis competenter et munitum, excepto pallio et candelabris, cum duo adsint aeneis. Propterea ordinavit pro Altare Maiore provideri debere de quatuor palliis sericis, uno albi coloris, alio rubri, viridis, et alio violacei coloris ut Altare ipsum vestiri ac

629 v

Ornari valeat iuxta qualitatem dierum et iuxta Ritum Sancte Romane Ecclesie. Insuper ordinavit provideri etiam de quatuor candelabris aeneis, unius cubiti cum dimidio in altitudine et cum pede triangolato, ita quod sint honorifica et convenientia Altari et Capelle. Et cum Altare ipsum situm sit extra Capella maiore, in qua habetur Chorus fratrum predictorum, ordinavit super Iconam appendi baldachinum unum honorificum, saltem de coreo aurato, quod iussit ita amplum esse ut totum comprehendat Altare eumque defendat ab imunditiis cessitantibus. Que omnia fieri mandavit sumptibus et expensis Patronorum, qui sunt nobiles viri domini Gaspar Capitaneus, Bernardinus, Julius et Alexander, omnes de Brolia; que si facere recusaverint aut distulerint ultra sex menses spatium ex nunc, declaravit Altare ipsum et Capellam esse in statu libero eamque concedi posse et assignari pro arbitrio ipsorum Prioris et fratrum.

Ad ipsum Altare tenebantur fratres ipsi ad celebrandam quotidie Missam unam ex eleemosina sibi relicta, seu conventa, cum olim Domino Ludovico Brolia, quatuordecim saccorum frumenti; sed cum iam pridem decessisset, non tamen invenitur quis fuerit

630 r

Eius heres, et tamen eius bona omnia sunt diversimode occupata, et Confratres ipsi probare nequeunt rerum et bonorum ipsorum identitatem propter scripturas omnes bellorum tempore deperditas, non invenitur nec est qui velit obligare predicta satisfacere, licet vir nobilis Bernardinus det quotannis saccos due frumenti, pro quibus Fratres predicti celebrant Missas tres in hebdomada ex nova tamen obligatione; et licet fratres eleemosinam eorum saccorum duorum non habuerint, nunquam tamen cessaverunt Missam quotidie celebrare; propterea idem Dominus Visitor commisit fieri monitionem generalem contra possidentes bona predicta olim Domini Ludovici supradicti et contra scientes aut notitiam aliquam habentes de eis in forma Domini Archiepiscopi.

ALTARE SANCTI MICHAELIS sub Capella tota fere decrustata et indecente, et licet fenestre nuper fuerint vitrate, Altare tamen est inornatum nec solum Capelle est lateribus complanatum, et Capella ipsa cum Altare concessa fuit olim Domino Augustino Quarino qui ab anno

630 v

Citra vel circa ex hac vita migravit; illius tamen filius et heres eius est ad intentionem ut dictam Capellam totam et Altare decenter ornare; propterea idem Rev.dus Dominus Visitor decrevit Capellam ipsam incrustari et dealbari et Altare ipsum in primis solido muro resarciri, altare portatile inseri in eum, et deinde Altare ipsum muniri Cruce pulchra, duobus candelabris aeneis, tribus tobaleis et unico saltem pallio sericeo albi coloris et solum ipsius Capelle bonis lateribus complanari



in termino sex mensium proxime futurorum, aliter declaravit Capellam et Altare ipsum esse liberum et eo termino elapso Fratribus licere Capellam ipsam concedi volenti predicta demandare.

Ad ipsum Altare tenentur Fratres ter in hebdomada celebrare ex dote sex locorum in comperis Santi Georgii de Janua. Item ex dispositione dicti olim Domini Augustini tenentur anniversarium unum celebrare in die sui obitus qui cecidit in festo Sancti Mathie Apostoli, quo die non convenit Missam propriam dimittere et anniversarium pro defunctis

631 r

Celebrare, propterea idem Rev. Dominus Visitator, auctoritate qua fungit apostolica, decrevit anniversarium ipsum celebrari debere aut die precedente aut die subsequente aut etiam in eadem die, in aurora tamen et summo mane, ita quod anniversarium ipsum nullatenus impediatur celebrationem festivitatis, quarum dierum electionem commisit arbitrio Prioris et fratrum predictorum, declarando nihil propterea imputari posse Fratribus ipsis eosque non posse propterea molestari nec contra eos dici quovis modo.

CAPELLA SANCTI ROCCHI, extra tamen Ecclesia ipsa et que ut dicitur constructa fuit ex eleemosinis tunc queritatis, est desolata et indecens valde et Altare pro parte dirutum fuit, et nisi adessent imagines Crucifixi et Sanctorum Rochi et Sebastiani nulla adest forma Capelle, que constructa fuit tempore tempestatis et forsitam ex voto. Ne tamen contingat Capellam ipsam ita indecentem diutius tolerari, Altare ipsum mandavit in totum removeri

631 v

Ac demoliri et Capellam ipsam penitus profanavit eandemque commisit arti et voluntati ipsorum Fratrum.

ALTARE SANCTI THOME DE AQUINO, olim dominorum de Villa, nunc de eorum consensu et voluntate concessum nobili viro Thome Camotto, qui promisit Capellam ipsam ornare et Altare munire omnibus suis necessariis, et insuper augere legatum olim factum ab eius Avo de quindecim florenis cum onere celebrandi tre Missas in hebdomada. Et ALTARE OMNIUM SANCTORUM, quod olim inherebat cuidam colonne ipsius Ecclesie, demolitum fuit et onus celebrandi traslatum ad ipsum Altare Sancti Thome de Aquino. Propterea decrevit in primis parietes ipsius Capelle incrustari et dealbari, et fenestra una ita amplari ut Capella ipsa tota illustris reddatur eandemque mandavit lustrari decenter. Et deinde Altare muniri Cruce pulchra, candelabris aeneis decentibus, tribus tobaleis, pallio saltem unico sericeo albi coloris, cum decreto libertatis et caducitatis, seu privationis.

632 r

ALTARE SANCTI ANTONI ET NATIVITATIS GLORIOSE VIRGINIS sub campanille, et destructum fuit Altare propter illius indecentiam. Ad ipsum tamen Altare tenebantur fratres quotidie Missam celebrare propter eleemosinam que eisdem dari consueverat saccorum 20 frumenti ex legato eisdem fratribus olim facto per Dominum olim Hadrianum Villa, qui decessit et bona eius omnia fuerunt occupata, et in fraudem Ecclesie ac fratrum presentorum subdicent omnes notitias heredes, propterea decrevit eum simile monitorium et decrevit Altare ipsum in totum demoliri et Capellam mundam retineri.

ALTARE SANCTE MARIE MAGDALENE sub Capella tota obnubilata et fumigata, et dicitur esse D. De Villa, et Altare est ornatum Icona pulchra, ceteris autem omnibus est destitutum. Altare portatile insertum est valde perparvum, propterea ordinavit illud removeri et de ampliore provideri et deinde Altare muniri duobus candelabris aeneis, tribus tobaleis, et unico pallio saltem sericeo albi coloris, et Capellam totam incrustari et dealbari et fenestram vitrari,

632 v

Cum decreto caducitatis, privationis et libertatis prout supra.

Ad ipsum Altare tenentur fratres quotidie celebrare Missam unam pro elemosina scutorum duodecim auri, in auro ponderis genuini, que elemosina est ipotecata super quadam terra prativa in loco nuncupato "Il Prato reggio".

ALTARE SANCTI SEBASTIANI sub Capella decente, et Altare est ornatum Icona satis pulchra. Indiget tamen Cruce, Candelabris, tobaleis et pallio, et ad illud tenentur fratres tres in hebdomada celebrare, et qualibet die veneris cuiuscumque mensis Missam unam cantare pro eleemosina reddituum duodecim locorum in comperis Santi Georgii in civitate Janue. Ut igitur capella ipsa decentior fiat, ordinavit Altare ipsum debere muniri Cruce, duobus candelabris, tribus tobaleis et fenestram vitream resarciri cum decreta ut supra.

ALTARE SANCTORUM ERASMI ET DRUONI sub Capella decente cum fenestris vitratis, pulvere conglutinato obnubilata multo sunt, et Altare, licet ornatum sit Icona pulchra, caret tamen Cruce, candelabris, tobaleis et pallio, propterea ordinavit et mandavit parietes ipsas in primis dealbari et picturas

633 r

Ad latus sinistrum existentes prorsus cancellari, cum sint aliquorum qui male de Fide sentiebant dum viverent et propterea in morte sibi denegata fuit ecclesiasticam sepulturam, et deinde Altare muniri Cruce, candelabris, tobaleis et unico saltem pallio sericeo tamen et rubri coloris.

Ad Altare ipsum tenentur fratres quotidie celebrare Missam unam ex dote ipsius Altaris de tribus iornate terre pratave supra quibus diu lis fuit agitata a Domino Claudio Cesare Dodolo qui tandem succubuit in litte, et a triennio circa vel citra immissi fuerunt fratres in possessionem dicti prati.

ALTARE SANCTI GREGORI sub Capellula in inferiori parte Ecclesie, omnibus eget, non est dotatum nec habet patronum aliquem qui curam habeat de eo et sine servitute, propterea decretavit illud demoliri et prorsus removeri nisi in terminum trium mensium aliquis comparuerit qui velit dictum Altare munire Cruce, candelabris, tobaleis, pallio et scabello ligneo, ac capellula ipsa dealbare.

ALTARE SANCTE MARIE DE MISERICORDIA, nude colonne inherens in inferiori parte Ecclesie, cancellis ligneis circumclusum,

633 v

Sub quadam Capellula conficta super quatuor ligneis consistens, indecentissimum, est situatum ex opposito fere maioris porte Ecclesie, nec valeat ad illud absque periculo celebrari, et licet fratres ipsi teneantur ad illud quotidie celebrare pro elemosina scutorum decem auri, elemosina tamen ipsis non persolvitur et super ea lis agitur et hinc non ita frequenter Missa ad ipsum Altare

celebratur; propterea decrevit ipsum Altare debere prorsus demoliri et Capellulam ipsam cum cancellis prorsus removeri, servitutem vero et onus ipsum celebrandi transtulit ac transferri mandavit et persolvi ad Altare SS.mi Rosarii, cum decreto quod propterea nullum sit preiudicium generatum fratribus ipsis supra petitione elemosine supradicte, quinimo ius suum omne censeatur et sit integre servatum cum presertim liceat pro ornatu Ecclesie huiusmodi fieri translationem.

ALTARE SANCTI CLAUDII ad columnam in inferiori parte Ecclesie ac indecenter situm, propterea decrevit ipsum demoliri et quanto citius removeri.

ALTARE SANCTE CATHERINE DE SENIS, sub Capellula in inferiori parte Ecclesie, non est dotatum, illius tamen patroni sunt illi de Bertijs, propterea ordinavit picturas omnes renovari et Altare muniri Cruce, candelabris, tobaleis, pallio et scabello ligneo.

634 r

ALTARE CRUCIFIXI, sub Capella decente, est omnibus destitutum et totum denudatum, et dicitur spectare ad illos de Bulla, propterea ordinavit illud demoliri nisi in termino sex menses illud munierint candelabris duobus, tribus tobaleis, pallio et scabello ligneo congruente.

ALTARE SANCTE CRUCIS olim Societatis Sancte Crucis nunc verum derelictum, et Altare nihil aliud habet preter imagine Crucifixi, et de raro celebratur ad illud. Propterea ordinavit Capellam ipsam, que cancellata est cancellis ferreis, clausa continue retineri. Et cum vidisset pavimentum totum devastatum, decrevit quamprimum pavimentum ipsum bonis lateribus complanari et tumbe, seu vasa que ihibi habentur, suis cooperculis lapideis quamprimum cooperiri cum decreto quod sub pena excommunicationis deinceps solum et pavimentum ipsius Ecclesie et Capellarum quarumcumque excavari non debeat pro sepeliendis corporibus defunctorum, sed tantummodo pro conficiendis tombis et sepulchris subterraneis, cooperiendis cooperculis lapideis bene undique concludentibus, quam poenam excommunicationis voluit et mandavit incurrere ne dum excavantes aut suffodientes sed etiam mandantes et excavationes huiusmodi permittentes.

634 v

ALTARE CORPORIS CHRISTI nuncupatum, sub Capella satis ampla, indecente tamen, cum sit tota pulvere nubilata, et fenestre sint clause tellis conspurcatis. Altare habet Iconam satis pulchram sed in pedestallo corruptam, et Altare caret omnibus, propterea decrevit Capellam ipsam in primis totam dealbari, ambas fenestras vitrari, picturas ipsas in pedestallo renovari, Altare muniri Cruce, candelabris, tobaleis et unico saltem pallio serico rubri coloris, sub pena privationis dicte capelle et Altaris nisi predicta facta fuerint in termino duorum mensium.

Ad ipsum Altare tenentur fratres ipsi Missam unam celebrare quotidie pro elemosina scutorum decem ex quibus actu nunc non solvuntur nisi quod dantur sacci duo frumenti ab uno ex heredibus qui ad id tenentur, alter vero negat se aliquid daturum, sub certis frivolis rationibus, propterea decrevit etiam per censuras et penas ecclesiasticas ad solvendum compelli.

ALTARE SANCTI ROSARII, sub ampla Capella tota tamen obnubilata. Et licet Altare sit munitum Icona pulchra, et satis decenter munitum, non tamen picta habentur misteria meditanda. Societas SS.mi Rosarii non est numerosa, habito respectu

Ad populum numerosum dicte terre, et pauci admodum frequentant Societatem et processiones que fiunt singulo die primo dominico cuiusdam mensis. Propterea ordinavit sepius populum premoneri ad frequentiam ac devotionem ipsius Societatis inservando etiam indulgentias quas quicumque consequitur ex indulto apostolico. Et interim ordinavit Capellam ipsam totam dealbari, fenestras vitrari et deinde curari ut ad Altare ipsum conspicua habeantur misteria meditanda, et insuper Altare ipsum muniri Cruce et candelabris.

Ad Altare ipsum traslatum fuit onus cantandi Missam unam qualibet die jovis que pro antea cantari consueverat ad Altare Misericordie dum aderat ad columnam, et quam traslationem idem Rev.mus titularis confirmavit et ratam habuit.

ALTARE SANCTI PETRI MARTIRIS sub Capella que satis indecens effecta fuit, fenestre namque sunt vitrate et Altare inornatum, cum non habeat propriam nisi haulam parvulam quandam. Propterea decrevit Capellam ipsam totam dealbari, fenestre vitrari, Altare ornari Icona pulchra cum suis ornamentis et muniri Cruce, candelabris, tribus tobaleis et unico saltem pallio rubri coloris. Ad Altare ipsum tenebantur fratres Missam unam quotidie celebrare pro elemosina

Scutorum duodecim. Sed quia domini de Villa qui sunt Patroni in solutione elemosine huiusmodi iam a diu cessaverunt, cessatum fuit et in celebrazione predicta.

ALTARE SANCTI VINCENTII, etiam sub Capella, est ornatum Icona satis decente sed non est munitum Cruce, candelabris, tribus tobaleis et pallio, propterea de his omnibus ordinavit provideri. Et quia dominus Joseph Gallierius pretendit jus habere in Capella et Altare predictis ex successione maiorum de familia de Gallieriis, et promisit Capellam ornare et Altare ipsum munire, illumque insuper dotare saltem de sacco uno frumenti, quod tamen facere distulit in hunc usque diem, ac difert de presenti, quo circa decrevit ipsum dominum Joseph nullum prorsus jus habiturum nisi in termino trium mensium Capellam ipsam dealbaverit, fenestram vitream fecerit restaurari, et Altare munierit Cruce et aliis ut supra illumque insuper dotaverit.

ALTARE SANCTI JOANNIS BAPTISTE sub Capella satis congrua, dealbanda tamen, cum tribus fenestris vitrandis et etiam destitutum fere omnibus, et ad illud tenentur

Fratres quotidie celebrare Missam unam et quolibet die lune et sabati Missam unam cantare ex dotatione eidem Altari facta de bonis stabilibus ex quibus quotannis percipiunt fratres ipsi scuta 15. Patronus est d. Iacobus Gribaldus, cum dominus Mombelli, propterea ordinavit eidem intimari quatenus sub pena privationis dicte Capelle et Altaris debeat Capellam ipsam in primis dealbare, fenestras omnes vitrare, Altare ornare Icona pulchra et munire Cruce, candelabris, tobaleis et pallio in termino sex mensium proxime futurorum.

Et cum propter visitationem factam DE ALTARIBUS PREDICTIS invenit multos jus pretendentes et interesse in Altaribus et Capellis predictis Ecclesie, eas tamen videntur vel contemnere vel negligere, easdem destitutas et inornatas reliquendo, propterea si non paruerint

decretis et ordinationibus supra factis, singula omnia singulis congrue referendo, iussit et mandavit Priori et Fratribus antedictis quod Capellas ipsas et Altaria, lapsis terminis supradictis, concedere

636 v

Debeant et assignare cuicumque seu quibuscumque volentibus ordines executioni mandare, remotis etiam armis et insignibus que neglexerint, et propterea privati remanerint Capellis et Altaribus ipsis.

Visitavit deinde SACRISTIAM ipsorum Fratrum, quam vidit satis amplam esse et munitam armariis decentibus, lavatorio, oratorio et etiam pluvialibus, tonacellis, et planetis sericeis omnium colorum quibus Romana Ecclesia uti consueverit. Vidit etiam calices decentes, camices quamplures cum amictibus, corporalia, purificatoria, tobaleas et alia utensilia etiam linea et sericea ad Divinum Cultum peragendi decentia esse. Cum tamen viderit hostias pro Sacrificio Misse adeo parvulas esse ut vix contactari possint, et plures ex eis carere imagine Crucifixi, propterea decrevit provideri de aliis instrumentis seu ferris que hostias conficiant grandiores et cum imagine Crucifixi, quod fieri propterea mandavit.

Et demum cum Ecclesiam ipsam totam perlustrando vidisset parietes omnes pulvere nimia conspurcata, mandavit parietes omnes

637 r

Et fornices, sive testudines dicte Ecclesie, ubi non sunt picte dealbari et ubi picte sunt picturas omnes et fresia restaurari, sedes vero ad confessiones audiendas confici debere prout sedes prima que inibi habetur bene laterata et cooperta, prout tamen quod omnes sint cancellate a latere sinistro sacerdotis, bene alias munire et qualificare pro ut in Decretis Generalibus.

## **HOSPITALIS ANNUNTIATE**

### **LOCI CHERII**

Eadem die visitavit Oratorium Hospitalis Sancte Marie Annuntiate in quo, ut dictum fuit, celebratur Missa quolibet die lune et in eo bis in anno Missa celebratur in cantu, una videlicet in die Annuntiationis et alia die ad libitum presbiteri Henrici Rampart qui, ampliando dictum hospitale, reliquit multa bona stabilia que hodie administrantur per nobilem ac Illustrem Dominum Ioannem Jacobum Gribaldum, condominus Montisbelli, quia, ut dictum fuit, Hospitale ipsum fuit institutum, fundatum et dotatum per certos nobiles

Viros de domo et familia de Gribaldis, et hinc retroactis temporibus Hospitale ipsum cum suis bonis semper rectum et administratum fuit per unum de domo et familia de Gribaldis, et per unum sacerdotem qui deinde reddebat rationem sue administrationis nobilibus de familia predicta, sed ab eo tempore quo decessit D. Presbiter Henricus Rampardus nullus presbiterorum seu cclesiasticarum personarum administravit, sed laici continue ministraverunt, et inter ceteros verum Dominus Ludovicus Brolia administravit per viginti annos et forte ultra, qui ut dictum fuit rationem administrationis reddere consueverat officialibus Hospitalis Maioris sub titulo Sancte Marie de Scala, et secuta illius morte, que fuit de anno 1582, eidem in amministrazione dicti hospitalis successit dictus nobilis et Ill. Dom. Ioannes Jacobus qui ab inde infra semper administravit nec alicui rationem sue administrationis reddit, sed reddere est paratus.

Hospitale predictum habet in annuo reddito florenos septingentos septuaginta in pecunia numerosa, et hoc anno habuit

Sacchos decem et octo grani.

Et ab initio fuerat institutum ad recipiendos pauperes infirmos et ad hospitandum pauperes viatores, sed ab anno 1539 citra vel circa fuit obmissa hospitalitas bellorum iniuria, et quia impiis nunc temporibus milites omnia occupaverant et ad instar stabuli domun hospitalitatis redigerunt. Intentio tamen supradicti Dom. Ioannis Jacobi fuit et est, ut ipse dixit, Hospitalem in pristinum restituere, interim autem mansiones dicte domus inhabitandas concessit nonnullis pauperibus, inferius visitandis. Propterea idem Dominus Visitator decrevit libros computorum sibi exhiberi et rationem reddi dicte administrationis, et se contulit ad visitandam domum dicte Hospitalitatis.

Et cum vidisset in eadem domo plures mansiones esse, ad invicem separatas tamen et satis comodas ad hospitalitatem servandam, decrevit in primis quascumque milierculas easdem mansiones cohabitantes licentiari, et deinde mansione inferiori, que satis ampla est et quam salam vocant, sex lecta parari cum suis fulchris, stramentis,

Anacliteriis, linteaminibus cervicalibus, et coopertis congruentibus, ad recipiendos pauperes infirmos illuc declinantes eosque alimentari et eis medicamenta necessaria ministrari et pro ut fieri consueverat ab initio quo Hospitale ipsum erectum fuit et institutum; in mansionibus vero superioribus, cum sint ab invicem distincte, decrevit in qualibet earum parari duo lecta munita et fulcita ut superius ad hospitandos pauperes viatores, cum decreto quod numquam patiaturs mares cum femine nec in eodem lecto nec in eadem camera pernoctare, sed viri a mulieres debeantur separatim hospitari, et ad hospitalitatem huiusmodi ac regimen et gubernium hospitalis et domus illius mandavit observari que in Decretis Generalibus sub titulo De Hospitalibus statuentur, cum decreto expresso quod nullus in posterum patiaturs Hospitale ipsum regere et administrare

Ultra triennium, et quod singulis annis administrator ipse teneatur rationem administrationis reddere Rev. D. Archiepiscopo seu illius Vicario vix formam Concili Tridentini sub penis de quibus in eo.

Et quia vir nobilis D. Joannes Jacobus, qui iam pluribus annis et Hospitale et ipsius bona rexit et ministravit, fundationem ab ipso allegatam non potuit exhibere quia eam non reperuit, et tamen sua computa ita in confuso presentavit ut dignosci non potuerit vel bona vel mala illius administrationis et executionis, et ex eo et iam neundem inhabilem esse et pro etate iam satis provecta ad regimen ipsius Hospitalis, decrevit ipsum ab ea administratione removeri et provideri de alio Rectore iuxta formam Concilii et clementine quia contingit de Religiosis domibus.

## MONIALIA SANCTE MARGARITE

### LOCI CHERII

Die secunda novembris, visitavit Ecclesiam Sancte Margarite, que est monialium ordinis et habitus Sancti Dominici, sub religione tamen et governo Rev. di Domini Abbatis et Comendatarij Sancte Marie de Caramagna, ordinis Sancti Benedicti Conventualium, et qui ad curam spiritualem earumdem monialium deputavit unum ex fratribus Sancti Francisci Conventualium, qui est vir probate vite et prudentis etatis, et qui etiamdum infirmatus aut aliter impeditus existit, propterea eum subrogat unum ex eisdem fratribus etatis sexaginta anni vel circa, et cui pro mercede moniales ipse contribuunt scuta viginti ad nomen florenorum octo pro singulo scuto, et quia idem curator pro cura ipsorum monialium ulterius perseverare non intendit, fuit provisum sibi de uno sacerdote presbitero seculare etatis annorum quinquaginta qui Missam tantum modo

Quotidie celebrabit et Sacramenta administrabit, nondum autem audiet confessiones earum, quia alius ad id deputatus fuit qui est ordinis Sancti Francisci de Observantia, etatis annorum septuaginta quinque.

Sed pro nimia monialium paupertate Sacra Eucharistia nondum asservatur in ipsa Ecclesia, que nec in tectis bene se habet, parietes a medietate sursum sunt decrustate omnes, et ceterum cum tabulato Ecclesia ipsa cooperienda. Nihil quidem ordinavit; in promissis sibi reservavit in fine huius visitationis.

Et interim se contulit ad visitationem closure, et exordiando ab ea parte que prospicit in Ecclesiam popularem, vidit a latere dextero Altaris fenestrellam quandam cum rotula tripartita ad exhibenda paramenta et ornamenta sacerdoti et alia necessaria pro Sacrificio Misse celebrando, et ab alio latere

Eiusdem Altaris vidit fenestrellam cancellatam cancellis ferreis cum portula in medio, et ad eam, ut dictum fuit, Sacra Communio ministratur Monialibus ante dictis, quolibet mense ac aliis diebus festis et solemnitatibus.

Et ulterius procedendo pervenit in quandam mansiunculam, Allocutorium nuncupatam, ad quam datur accessum per Ecclesiam. Itaque, porta Ecclesie conclusa, Allocutorium ipsum valde remanet in secreto, propterea et circa hoc mandavit renovari, quod inferius statuerit.

Et deinde circumeundo Monasterium a parte exteriori, et circa vias publicas et circum hortos clausure monialium inherentes, vidit in primis domum ad coloniam deputatum Monasterio illorum inherente, et intra septa vidit arcam quandam magnam in qua coloni estivo tempore formentum et bladum triturare et ventilare consueverant. Et licet dictum fuerit portam seu hostium per quam egrediuntur Moniales ipse in aream predictam tunc temporis muro claudi et trituratione durante

Clausum semper retineri, tamen, licet forsitan accessus eo modo tollatur, non tamen removetur prospectus et auditus, cum eo presertim tempore lex aliqua imponi nequeant rusticitati, nec contineri possunt qui et multas dissolutiones faciant, propterea id, tamquam scandalosum videndum, censuit removendum ut infra.

Et circumeundo hortos ab ea parte in qua nuper extractum fuit, vidit certos alios hortos et muros depressos, inferius tamen visitandos, et in muro nuper constructo vidit etiam certa foramina ut inferius construendo, et cum sibi dictum fuisse quod ex Rocheta fortilitij perspectus scandalosi habentur, ascendit de licentia Capitanei Rochetam ipsam et cum ascendisset ad altiorem partem omniaque circumlustrasset, nullos potuit comprehendere perspectus ex quibus aliquid mali aut suspicionis possit exoriri, tamen, quemcumque ordinem faciendum, sibi reservavit in fine, visitata prius clausura ac toto monasterio ab intus.

Pro ut sic ad id se contulit, et ingressus fuit septa ipsa Monasterii, associatus a Rev.do Vicario dicti Domini Abbatis

Et a Cantore Ecclesie Metropolitanae Turinensis.

Et eam clausuram ingressus, pervenit ad Ecclesiam in qua moniales ipse divina persolvunt Officia; et ab eisdam habuit Matutinum Officium recitant primo mane et successive alias Horas Canonicas, et quotidie Missam audiunt et semel mense quolibet confidunt peccata suam et Sacram Communionem accipiunt.

Sunt duodecim velate, et duas habent servitrices mulieres seculares que ingrediuntur dicto Monasterio et pro libito voluntatis et ubi accidit necessitas aliqua Monasterii.

Istruunt et educant puellas seculares que eisdem solvunt scuta duo pro quolibet singulo quoque mense.

Vivunt in communi, et Priorissa, licet electa fuit ad Cancellos ferreos, ea tamen electa fuit ut perpetuo sit futura Abatissa, et que acceptare consuevit puellas monacandas in etate annorum sedecim cum dotte scutorum ducentorum et ultra, quam tamen recepisse consuevit etiam ante



professionem contra formam Concilii. Non est aliqua inter Moniales que dici queat proprietaria, et numquam

642 v

Illis oblati sunt confessarius extraordinarius.

Monasterium et moniales ipse habent in annuo reddito sacchos septuaginta unum grani, carratas octo vini et scuta triginta ex afflictibus terre prative; habent deinde tantum nemoris ex quo percipiunt ligna combustibilia ad earum usum sufficientem, et quandoque etiam partem de lignis ipsis vendunt in aliquali quantitate. Pro quidem redditibus et proventis huiusmodi diligenter pesatis, statutus et codificatus fuit numerus tredecim monialium et quod nunquam plures esse possint.

Quo circa et ne precepta remaneant indecisa ac inordinatas, multos fecit ordines et decreta utique. Et primum decrevit Ecclesiam ipsam bonis tabulis sive asseribus tabulari et parietes ipsius Ecclesie incrustari et dealbari, item fenestrellam unam apud Altare aptari et muniri lamina ferrea perforata tantum et in pariete confixa, et telario cum tela nigra similiter in muro configendo munita pro audiendis confessionibus Monialium, cum decreto quod a parte exteriori fenestrella ipsa debeat tabulis circumcludi, et

643 r

Fieri quandam bussolam appellatam ut intra eandem sacerdos se recipiat ad audiendas confessiones monialium.

Item decrevit ab alio latere Altaris debere rinnovari cratem illam ferream et fenestram ipsam minorari, ita quod maior non sit uno palmo cum dimidio in altitudine et palmo uno in latitudine et fenestrellam ipsam duplici portula lignea eandem muniri duabus et diversis clavibus ab intus utique et exterius, et unam ex clavibus predictis custodiat capellanus, aliam Abbatissa, et quam numquam mandavit resservari nisi ad usum Sacre Communionis et eandem fenestrellam picturis et aliis ornamentis ut decet ornari.

Ordinavit insuper quod ad portam Monasterii cancellos habentem valde latos, apponi debeat lamina una ferrea perforata ex omni parte, ita muro confixa ut ea numquam possit removeri nisi violenter. Item mandavit portam illam magnam per quam datur ingressus in arcam, muro valido claudi, et portam ligneam removeri et ita fieri ut murus muro coequetur.

643 v

Cum decreto quod inibi deinceps nec frumentum nec bladum aliquandam deinceps valeat tritulari, sed hoc fieri in area colonorum. Portam vero per quam datur exitus in hortos extra clausura existentes, quam licet muro clausa videatur, adhuc muro validiori claudi mandavit.

Et cum idem Rev.dus Dom. Visitor multa auditu fuisset contra Abbatissam tam quoad mores et gubernum Monasterii quam etiam circa regimen monialium, decrevit contra ipsam inquiri, eamque culpabilem repertam deponi, et de officio removeri ac deinceps puniri, prout visum fuerit.

Decrevit insuper parcellam aliquam monicandarum deinceps acceptari non debere sine licentia ab ipso Rev.mo Visitatore in scriptis oblata. Dotes vero, seu alimenta perpetua, modo aliquo in futurum recipi non debere nisi in tempore professionis emittende, et postquam sondatus fuerit animus

Novitiarum profitentium, pena excommunicationis a Concilio Tridentino indicta, eisdem monialibus clare et aperte insinuata.

Cum decreto quod anno quolibet eisdem offerri debeat confessarius extraordinarius ut fieri mandavit Concilium Tridentinum, et quod deinceps non eligatur Priorissa aliqua que ultra triennium valeat in officio perseverare.

## COMENDA SANCTI LEONARDI

### TERRE CHERII

Eadem die visitavit Ecclesiam Comendatariam nuncupatam Sancti Leonardi, Religionis Hierosolomitane, que de presenti vacat propter obitum Ill.mi Comitis Francisci de Motta; que habet in annuo reddito scuta mille ad nomen florenorum novem pro quolibet scuto, ex affectus solvendo pro medietate in festo Nativitatis proxime futuro, et pro alia medietate in Paschate Resurrectionis, licet fructus presentis anni spectare dicantur ad Religionem Militum Hierosolimitanorum predictorum pro illius annata.

Et visitando Ecclesiam ipsam in suis edificiis e suam structuram vidit satis competenter se habere, et in ea celebratur ter in hebdomada

Per unum ex confratribus Sancti Dominici cui dantur scuta sex de novem florenos pro quolibet scuto.

Tria habentur Altaria, ex quibus duo sunt denudata omnibusque spoliata et indecentia valde. Altare autem Maius, quod est sub Capella satis decente et circumclusa cancellis ferreis, licet habeat Iconam satis fuscam, reliquis tamen omnibus est destitutum, nec enim munitum nisi unica tobalea et fenestre omnes sunt patentis ita quod palmitibus vitarum per eas in Ecclesiam pretendunt.

Et licet ad latus sinistrum Altaris adsit mansiunculam que pro sacristia inservire consueverit, et tamen pro derelicta habita fuit et immunditiis plena, et in qua scrineum quodam pene totum confractum habetur et in eo sint camicem unum panni et planetam unam laceratam, quem camicem et planetam penitus laceravit propter eorum indecentiam et turpitudinem. Unum invenit missale de

Antiquis, quem laceravit, sed interim sibi portate fuere due planete sericee, altera nigri coloris altera violacei, quarum prima est fere cuncta lacerata altera vero satis est tolerabilis. Propterea decrevit in primis sacristiam ipsam debere in parietibus incrustari et dealbari, et solum seu fundum illius bonis

lateribus complanari eamque muniri de armario saltem uno magno cum suis intermediatis tabulis ad conservationem et custodiam paramentorum, et deinde tres planetas confici, cum suis stolis et manipulis decentibus, unam utique albi, unam rubri et aliam viridis coloris, item et quatuor pallia serica eorumdem colorum, item et camices tres cum suis miserantibus quos voluit esse ex lineo subtili tele et candide. Item provideri mandavit de unico saltem missale de reformatis, uno calice argenteo cum duobus

645 v

Corporalibus seu purificatoriis, et lavatorium confici in sacristia cum suis manutergiis. Decevit insuper fenestras omnes ipsius Ecclesie debere vitrari et picturas omnes lustrari et fenestram quandam existentem in loco ubi habetur vas pro aqua benedicta muro claudi.

Et ne supradicta frustrentur sed debite executioni mandentur, mandavit in primis in faciem Francischino Rasetto, conductori terrarum prativarum et qui terras prativas conducit pro scutis septuaginta annuis ad novem florenos pro quolibet scuto, quatenus sub pena scutorum ducentorum auri et excutendo subsidium, affectus predictos nemini solvere debeat sine licentia in scriptis prefati Rev.mi Visitoris, sed eos pene se debeat retinere in securum donec ei dicatur meliorem modum efficiendi. Et successive mandavit mansionem quandam, in qua ut dictum fuit certa quantitas

646 r

Frumenti est recondita, sigillari precipique, et mandari omnibus Christifidelibus, cuiuscumque sint gradus et conditionis, ut sigillum ipsum nemo audeat removeere aut frumentum dictum expostare sine eius licentia, sub pena scutorum ducentorum auri, aplicanda camere fiscali sempiterni Ducis, et excommunicationis et maledictionis eterne sine licentia ut supra.

Et quia eidem Ecclesie hospitalitatis onus incumbit, et domus hospitalitatis est proxima ipse Ecclesie, quinimo mediante domo collonica que Ecclesie est contigua, se contulit ad visitationem dicte domus, sed antequam de Ecclesia exiret, visitavit duo alia Altaria predicta, existentia sub capellis cancellatis quidem cancellis ligneis, sed tectus unius ex capellis que ad sinistrum latus Altaris Maioris extat ruinam minatur, propterea decevit Capellam ipsam in tecto restaurari et Altaria ipsa debere ornari pulchris Iconis, et muniri Cruce, duobus candelabris aeneis, tribus tobaleis, et unico saltem pallio de coreo aurato, item et scabello ligneo congruente.

646 v

Et cum voluisset ingredi domum hospitalis, sibi traditum fuit et protestatum quod rueret si ulterius procederet, quia solarium dicte domus est adeo debile quod de facile rui posset, propterea idem Rev.mus Visitor intra portam dicte domus existens, vidit mansionem quandam amplam, in qua servari consueverit hospitalitas, cum decem lectis bene munitis et fulcitis sed ab anno 1530 citra vel circa hospitalitas aliqua servata nondum fuit nec servatur de presenti. Et hospitale predictum denominatur Hospitale Sancte Crucis, quod creditur annexum eidem Ecclesie Sancti Leonardi, et pro quo Magnifica Civitas, ut creditur, solvit Religioni Militari, seu Commendatario dicte Ecclesie Sancti Leonardi, ducatos viginti auri in auro de camera predicta. Propterea decevit preceptum fieri dicte Magnifice Communitati, seu illius Agentibus et Sindicis, ut nemini solvatur dictos ducatos XX sine expressa licentia Rev.mi Dom. Visitoris in forma evidenti.

Et quia sibi relatum fuerit, et deinde vidit in scriptis, cautum fuisse quod in Ecclesia Sancti Leonardi celebrari deberet Missa una quotidie, decrevit Missam predictam quotidianam perpetuo celebrari debere.

647 r

Et ne pia mens fundatorum Hospitalis in aliquod fraudetur, decrevit hospitalitatem ipsam restituendam et in pristinum restitui debetur, et ad id commode faciendum ordinavit ac mandavit mansionem ipsam magnam restaurari in solariis maxime, et pavimenta adeo aptari ut habitabilis sit et commoda et deinde apponi et servari in perpetuo decem lecta cum suis fulcinis, strumentis, anacliteriis, linteaminibus cervicalibus et coopertis statui pauperum congruentibus, et si id fieri neglectum fuerit vel ommissum, in termino octo mensium ordinavit fructus omnes dicte Commende sequestrari et poni sub sequestro, nemini relaxandos, donec predicta omnia fuerint executi, et executionem ipsam precipue commisit Rev.do Vicario Foraneo Rev.mi Archiepiscopi Taurinensis, cum facultate et potestate in predictis et circa ea faciendi, dicendi et exequendi que necessaria fuerint et quomodolibet oportuna, eadem forma et modo et eadem auctoritate qua posset ipse Rev.do Dom. Visitor si personaliter interesset, et omni meliore modo et forma.

647 v

Et hec omnia nisi probaretur ut onus ospitalitatis huiusmodi aliis fuisse traslatum, aut Religionem ipsam ab onere dicte hospitalitatis fuisse ex causa aut aliter apostolica auctoritate liberatam.

## **MONIALIA SANCTI ANDREE**

### **LOCI CHERII**

Die 3<sup>a</sup> supradicti mensis Novembris.

Visitavit Ecclesiam et Monasterium Sancti Andree, monialium Cistercensis Ordinis, degentium in Monasterio eidem Ecclesie contiguo, sub cura et gubernio Rev.mi Archiepiscopi Cardinalis ex dispositione apostolica et a duobus annis citra vel circa, et qui ab ipsa cura remoti fuere Abbates et Monaci eiusdem Ordinis, et ad curam ipsarum monialium spiritualem deputatus astitit unus ex fratribus Sancti Francisci dictis Conventualibus, vir spectate vitae et prudentis etatis, qui etiam confessiones monialium audit, eisque Sacramenta ministrat, tam in sanitate quam in infirmitate, alter vero ex Fratribus antedictis, cum permissione ut supra, Missam celebrat omnibus diebus festis et tribus aliis diebus ferialibus in hebdomada, et pro mercede solvunt moniales ipse eisdem fratribus scuta viginti quatuor ad valorem

Florenorum octo pro quolibet scuto. Et quolibet mense confitentur et Sacram recipiunt Communionem, et in earum Ecclesia continua asservatur Sacra Eucharistia in pixide decent et in tabernaculo ligneo et foris et intus ornato et sub fida clave, quam tamen aurari mandavit, et vidit Ecclesiam satis antiquam, cum pluribus Altaribus indecenter ornatis, presertim Altare unum in inferiore parte Ecclesie quod mandavit demoliri, sicut et cetera Altaria nisi inter quatuor menses fuerint ornata puchris Iconis, et munita Cruce, candelabris, tobaleis et pallio.

Et visitando clausuram, in parte que perspicit in Ecclesiam popularem, vidit in primis Ecclesiam ipsam muro intermediata ita quod ex una duo videntur fuere Ecclesie, altera pro servitio monialium quidem interior. Et quia murus ipse non est ita altus ut congrue debetur, ordinavit murum ipsum ita elevari ut fornice coniungatur, et si fortasse luminibus officeret, ordinavit relinqui in sublimiori parte et fieri fenestram orbiculatam, et eam iussit cancellis ferreis concludi et vitrari.

Et cum etiam vidisset in ultima navi Ecclesie, a latere dextro, alium murum similiter intermittentem et valde imum, licet super eo appositi fuerint quidam leves cancelli lignei, ordinavit eundem murum ita elevari ut tota Capella sit conclusa et murus cum arcu fornicis coniungatur. Et cum eadem in pariete sive muro viderit fenestram quamdam amplam, cum simplici crata ferrea latissimos tamen cancellos habentem, per quos manus cuiuscunque viri facile intromitti potest, ad quam ut dictum fuit moniales Sacra Communionem reficiuntur, et ab alio latere vidit fenestrellam quamdam lamina tamen ferrea perforata conclusam, ad quam confessionem monialium audiunt, et ab alio latere aliam fenestrellam cum rotula ad exhibenda paramenta et alia necessaria ad Sacrificium Misse peragendum, ordinavit, et exequi mandavit quamprimum, lamina ferrea removeri debeat, et fenestram ipsam muro valido claudi, relicta tantummodo parva fenestrella unius palmi cum dimidio in altitudine et unius palmi in latitudine, quam voluit ab utroque latere, ab intus

Nempe, cum portula lignea communicantem, cum duabus diversis clavibus, quarum altera iussit continue custodiri per confessarium et alteram per Abbatissam, cum decreto quod fenestrella ipsa numquam valeat resservari nisi cum moniales Sacra sunt Communionem reficientes, nec voluit eam ad aliud usum inservire, sub pena excommunicationis.

Rotulam vero ordinavit in primis circulo ferreo in medio circumcingi et intus bacculo ferreo perpendiculum mediari, et cum ibidem vidisset ad latum dexterum Maioris Altaris fenestrellam quamdam parvulam quam audivit sepius ordinatum fuit muro claudi, propterea ordinavit per totum presentem diem claudi debere equali muro, ita quod nec vestigium fenestrelle remaneat ab intus vel extra.

Quibus factis, se contulit ad visitandum residuum clausure circum vias publicas. Et circumeundo Monasterium, vidit muros clausure secus vias valde depressos, ita quod facilissimus est transitus in viridiarum et hortum ipsarum monialium, et ulterius procedens ingressus fuit domum quandam

Contiguam Monasterio et Clausure que est propriam etiam Monasterii, et quam locant moniales quibusdam secularibus personis, et eandem lustrando vidit foramina multa e domo predicta prospicientia in hortum monialium, et que foramina omnia mandavit claudi debere in termino dierum trium, et ita claudi ut murus et intus et extra sit equalis.

Et ulterius progredendo, immediate post mansionem ipsam, sursum procedendo versus domum coloni, vidit portam quandam secus viam publicam quam omnino muro claudi mandavit, et retroeundo cortile domus coloni, vidit hostiolum quoddam quo resserato introitur in mansiunculam quandam inibi et sub columbario existenti, et in ea vidit fenestram intra monialium clausuram perspicientem, quam mandavit muro claudi. Et ulterius procedendo, introivit polarium in quo pariter vidit certa foramina intra clausuram prospicientia, que similiter claudi mandavit. Et lustrando totam parietem Clausure, vidit prope puteum duas magnas fenestras, licet cancellis ferreis cancellatas, prospicientes tamen in cortile domus colonie predictae, quas

Similiter muro claudi mandavit, remotis tamen cratibus ferreis; et introeundo stabulum ipsius coloni, vidit similiter certas fenestras in clausuram monialium respondentes, quas itidem in termino dierum trium mandavit muro claudi. Et cum tandem vidisset murum ab ea parte coloni similiter valde depressum et imum, decrevit et murum ipsum elevari ad altitudinem muri secus puteum existens et quatenus pretendit murus columbarie incrustatus. Et retroegrediens, pervenit ad locum, seu portam, per quam datur ingressus intra septa, ubi ante portam ipsam vidit duas fenestras, alteram

Superiorem et alteram inferiorem cum cancellis ferreis, et ut dictum fuit, moniales, aliud non habentes allocutorium, ad ipsam cratem visitantur. Propterea ordinavit provideri de allocutorio, quia non convenit prope portam Clausure moniales visitari. Ex quo, ut audivit, non ad fenestram ipsam sed ad portam, que semper patet, moniales visitantur. Quo allocutorio facto ordinavit fenestras ipsas muro claudi remotis cancellis ipsis ferreis.

Et successive, ingressus intra septa ipsa Monasterii, pervenit in Ecclesiam monialium in qua ipse Divina persolvunt Officia, et habito prorsus sermone ad ipsas Moniales, per interrogationes deinde eisdem factas habuit et cognovit moniales ipsas gestare habitum cisterciensem easque regi et gubernari sub unica Abbatisa que jam viginti annis creata fuit et electa,

Et deinde confirmata ut ad eius vitam eo fungebatur officio, nec secum adhibet officiales aliquas sed ipsa per se solitarie administrat, quod eidem Rev.mo Visitatori valde displicuit.

Propterea in primis monstravit eidem Abbatisse bullam Sanctissimi Pape prohibentem huiusmodi perpetuas Abbatissas, cum decreto quod deinceps nondum eligantur Abbatisse nisi ad triennium et quod interim Abbatisa predicta secum adhibeat tres ad minus officiales, quarum una

secum administret, et de omnibus negotiis sint participes, et alia debeant observare que inferius statuentur.

Habuit deinde quod, licet moniales vivant in communi et habeant unicum Refectorium, non tamen habent vestiarium commune et hinc quelibet monialium sibi retinet lucra sua pro vestiario, et sic ex toto non habetur inter eas regularis observantia.

Monasterium habet in annuo reddito sacchos

651 v

Ducentum grani, carratas viginti vini et scutos centum viginti percipiunt ex affictu pratorum.

Moniales sunt in numero undecim velate et una novitia, et redditus Monasterii sufficere possunt satis comode viginti monialibus, quem numerum constituit et determinavit idem Rev.dus Visitator, et eum perpetuo in futurum observari mandavit, cum decreto quod quecumque puelle, si se afferunt, debeant acceptari, et dotes earum erogari debeant in elevationem murorum ipsius clausure, cum muri omnes circumquocumque sint valde imi et depressi, cum monitione etiam quod moniales ipse diligenter attendant ut dotes puellarum deinceps non percipiantur nisi tempore professionis earum ac iuxta Concilii Tridentini decreta.

Et quia de anno 1564 Abbatissa electa fuit solemniter et a Rev.mo Archiepiscopo Taurinensi benedicta, ipsa fecit magnum convivium et intra septa Monasterii

652 r

Multa pars nobilium secularium terre Cherii comedere, et de quo Abbatissa et Moniales nec reprehense fuere ab auctoritatibus Religionis supradicte Cistercentium [...] tunc consueverant moniales pro libitu voluntatis exire de claustris, et seculares tam vires quam mulieres intra septa pro libito cuiuscumque ingredi, et cum vidisset et intellexisset et percepisset quod sopita negligentia predictarum, moniales ipsas ad cautellam absolvit, eisque intimavit et Decreta Concilii et constitutiones alias, seu bullas apostolicas, cum penis clausuram violantibus inflictis, cum precepto quod deinceps nec exire debeant nec aliquos intromittere sub pena excommunicationis et aliis penis ad modum et formam pro ut in Decretis et constitutionibus supra dictis.

Et cum deinde totam domum percurrisset et mansiones monialium, fenestrasque omnes

652 v

Et prospects visitasset, perstitit in decretis superius factis circa clausuram ipsam, de novo etiam mandando Abbatisse et monialibus quod presertim intra mense Maii proxime futuri deberent elevare omnes muros claustris versus vias publicas et prospicientes versus cortilem coloni seu massarii ipsarum Monialium, et inde recessit [...].

## VISITATIO OSPITALIS MAIORIS

### CHERII

Die quarta mensis supradicti 1584 visitavit Oratorium quoddam parvulum et valde indecens, et in quo habetur unicum Altare sub titulo Sancti Michaelis mensis septembris, et ut dictum fuit quolibet die sabbati Missa celebratur per unum ex fratribus Sancti Dominici, qui tenetur etiam bis in hebdomada celebrare in capella Sancti Laurentii existens in Ecclesia Sancte Marie et pro annua mercede scutorum octo.

Altare dicti Oratorii est valde inornatum, unica habetur planeta rubri coloris, unicum missale, camix unus cum stola et manipulo. Camix ipse est valde sordidus, propterea

653 r

Decrevit oratorium ipsum, quantumcumque parvum, debere dealbari et Altare ornari de Icona pulchra cum suis pulchris ornamentis, item et muniri Cruce onorifica cum suo pede decente, duobus candelabris aeneis, cum altare portatile, tobaleis, et pallio sit satis competenter munitum. Caret etiam scabello ligneo de quo mandavit muniri.

Et cum eidem Oratorio sit contiguum hospitale sub titulo Sancte Marie de Scalla, Hospitale Maius nuncupatum ex eo quod jus aliquod seu jurisdictionem habeat super alia hospitalia, et quia hospitale ipsum habet pinguiores redditus et maiorem situm quo habeant alia hospitalia.

Quia unumquodque hospitale habet jus suum separatum ab ipso, excepto hospitale Sancti Laurentii, quod adest unitum dicto hospitali Sancte Marie de Scala, pro ut etiam subinde vidit per litteras apostolicas datas Rome apud Sanctum Petrum anno 1555 sub pontificatu Pauli Pape Quarti eidem Domino Visitatori exhibitas, et propterea eas visas et lectas, ac etiam exepitis confrariis laicorum sub nomine

653 v

Sancti Spiritus et etiam aliorum titulorum, que ab anno 1555 unite fuere eidem hospitali Sancte Marie cum onere despensandi ciceres et alia prout antedictum prout consueverant confrerie ipse. Et quia ipsa unio facta fuit absque alicuius iudicis ecclesiastici auctoritate sed sola signi potestate, et tamen postmodum confirmatam fuit, et quatenus opus confectum de consensu et auctoritate Rev.mi Domini Archiepiscopi Taurinensis sub anno 1555 de mense Novembris, et quia valde utile fuisse cognovisset, confirmavit

Et per lecturam scripturarum, eidem Visitatori notum fuit quod hospitale ipsum originem habuit et institutum fuit de anno 1383 de mense Julii, et auctum ordine Rev. Mi tunc Archiepiscopi Taurinensis qui etiam concessit duodecim Gubernatoribus hospitalis facultatem exequendi nonnulla legata pia ita quod ab inde et semper et continue Rectores et Administratores dicti hospitalis recognoverunt in superiores Rev.mos Episcopos, et post eos Rev.mos Archiepiscopos taurinenses qui



Etenim jurisdictione sua exercendo, approbarunt cum eligerunt administratores et gesta per eosdem administratores factos et facta, ac et reprobaverunt que sibi reprobanda visa fuere, prout audivit idem Rev.dus Visitator per sententiam sibi exhibitam latam per Rev.mum modernum Archiepiscopum de anno 1572 in mense dicembris, rogatam per Economum Curie Episcopalis nuncupatum da Silva.

Hospitale predictum possidet multa bona stabilia ex quibus administratores ipsius hospitalis percipiunt sacchos centum viginti frumenti et quandoque plures et quandoque pauciores, et quidem carratas viginti vini et ex pluribus afflictibus scuta ducentum et septem auri in auro et utique florenos duo mille septuaginta septem, et insuper redditus locorum triginta quinque in depositis Sancti Georgii Civitatis Janue; qui redditus omnes et proventus administrantur per unum syndicum, seu et procuratorem, electum ab ipsis dominis duodecim Gubernatoribus dicti hospitalis qui perpetui sunt in officio, et ubi unus eorum decedit, alius in locum defuncti ab ipsis subrogatur, iuxta forma capitulorum

Iamdictorum, confirmatorum ab Episcopo tunc taurinensi Ursino Ioanni de anno supradicto 1383.

Qui syndicus massarius et procurator singulo anno rationem reddit sue administrationis eisdem dominis Gubernatoribus, seu deputatis ab eis, cum presentia et subscriptione Rev.di Vicarii Foranei Rev.di Archiepiscopi Domini Taurinensis, et ipsius officium durat ad beneplacitum ipsorum dominorum Gubernatorum. Et qui nunc administrat, jam viginti annis et forte ultra administravit, quia compertum fuit se fideliter semper gessisse, et redditus ac proventus dicti hospitalis eius industria adauctor fuisse, cum sollicitudine ipsorum dominorum Gubernatorum, ultra dimidia, ut et perspectum fuit ex attestatibus prefati Rev.mi Domini Archiepiscopi de quibus supra, et eidem massario et procuratori dantur scuta tria quolibet mense.

Redditus et proventus predicti dispensantur et distribuuntur primo in usus et sustentationem pauperum infirmorum pro quibus multa adsunt lecta bene munita et fulcita suis fulcris, strametis anacliterijs,

Linteaminibus, cervicalibus et coopertis, item et in alendis pueris expositis tam pro tempore quo lactantur apud nutrices quam pro tempore quo aluntur in domo Hospitalis, donec pro etate sint abiles ad serviendum, item et pro hospitando pauperibus viatoribus quibus itidem pro una die alimenta prestantur cibi et potus. Ita et pro sustentatione pauperum infirmorum in propriis eorundem domibus degentibus et qui pro verecundia aut alia de causa ad domum hospitalis non curant accedere.

Item et singulo die dispensatur panis coctus pauperibus ad portam hospitalis accedentibus et in mane et in sero hora ad id deputata; et ultra predicta pro mercede et salario servitorum, medici, barbitonsorum, et pro impensis verum medicinalibus quandoque expediuntur scuta centum. Item Gubernatores ipsi singulo anno distribuunt brachia seu cubita mille, et quandoque ultra, panni agnini nuncupati inter

Cristipauperes ex dispositione testamentaria Magnifici Domini Antonii de Bencis de Cherio, qui in suo testamento instituit heredem dictum hospitem cum onere dispensandi in tanto panno laneo predictos omnes redditus percipiendos, et qui percipiuntur in futurum, ex suis bonis. Licet dictum fuerit aliqua bona extare penes massariam quandam appellatam Gastresca in territorio Cherii, et pro ut latius in testamento per eum facto, rogato per Bernardum Simeonem de anno 1568 de mense Octobris.

Et quia omnia visum fuere latius contineri in libris quinternis et vachettis dicti hospitalis, eidem Rev.mo Domino Visitatori exhibitis, et per eum visis et lectis, et quia cum vidisset omnia diligenter ac summa fide ac fidelitate tractari, laudavit administrationem Dominorum Gubernatorum, quos calde mandavit ut omnimodo curare velint quod puellae exposite, aut aliter derelictae, bonis moribus instruantur, nec

Derelinquantur, sed eis omnino provideatur ut in etate procedendo in sudore vesci possint pane suo, et quod nullus recedat imperitus sed imbutus aliqua arte, pro modo eorum facultatum, et pro ut suppetere possunt redditum et proventus dicti hospitalis.

## **ORATORIUM SANCTE CRUCIS ET ANNUNTIATIONIS**

### **LOCI CHERII**

Die 5<sup>a</sup> Novembris 1584, visitavit Ecclesiam et Oratorium Sancte Crucis et Annuntiationis Sancte Virginis, disciplinatorum et societatis laicorum sub eodem titulo, et vidit Oratorium ipsum parum decens esse quia in predicto pavementum non est lateribus complanatum, solarium desuper habetur valde male et quod peius est desuper habitant seculares persone et super Altare recundita sunt stramina, retro Altare habetur stabulum bestiarum, Altare est totum ligneum et vacuum et nihilominus confratres ipsius non horruere Missam facere celebrari singulis diebus festis de precepto per unum ex fratribus Sancti Francisci de Observantia pro annua mercede scutorum duodecim florenorum octo pro quolibet scuto.

Confratres predicti omnes diebus festis conveniunt et Officia recitant Beate Virginis, et licet

Societas ipsa nondum sit multum numerosa, frequentant tamen confratres orationes, nec Officium inchoatur cum paucioribus decem, licet expediatur cum numero quinquaginta.

Post Officium predictum Missa celebratur, et confratres Missam audiunt, nec fuit qui in hunc usque diem eisdem confratribus insinuasset eosdem confratres teneri ad Missam audiendam in propria Parochia et ad frequentiam parochialis Ecclesie, et qui tenentur etenim et Verbum Dei audire et Sacramenta sumere.

Confratres processionibus et triduanis interere consueverunt, et corpora defunctorum confratrum associare, ac et aliorum quorumcumque si convitantur.

In die Iovis Sancti conveniunt, lavant pedes et cenam faciunt. Habent capitula et constitutiones sunt confirmate ab Ordinario supradicto.

Quibus intellectis, fecit ordinationes. Et primo decrevit solarium dicti oratorii vacuari, stramina removeri et saltem quantum capit Altare, cum scabellis fornices fabricari, ita quod Altare ipsum sub truna bene dealbata et ornata remaneat, precipitque etiam mandari Rectoribus Pie Domus Eleemosine quatenus, sub pena scutorum ducentorum, fiscali camere applicandorum, et excolendis in subsidium,

657 r

Debeant in termino dierum octo, quodcumque stabulum remove et adeo stabula elongare a periete ipsius oratorij debere ut distet ab eo decem pedes in mensura, decrevit insuper pavementum oratori lateribus complanari, et Altare solidum fieri, etsi non lapideum saltem lateritium, cum Altare portatile inserto, et collationem in die Iovis Sancti omnino prohibendam, et alia a confratribus ipsis debere observari que in Decretis Generalibus statuuntur.

## **DOMUS ELEEMOSINE**

### **LOCI CHERII**

Eadem die visitavit Piam Domum Eleemosine in dicta terra existentem, et que originem traxit a quodam Stephano, de prosapia de Ferreriis nuncupata, qui ante annum tercentesimum vigesimum sextum, cum pueros gramaticam in dicta terra docuisset, et ex peculio suo hunc certa bona stabilia acquisivisset, et presertim domum ipsam cum suis edificiis, bona sua omnia reliquit ad usum pauperum, pro ut sic ipse dum viveret bona seu fructus in pauperes dispensabat, et post eum eius uxor opus ceptum ab eo fuit prosequuta, ut deprehenditur ex testamento olim.

Dominus Persevalis de Castello quidem, de anno 1320 die 19 januarii, reliquit eidem Domui et Eleemosine certa bona stabilia seu redditus annuos.

Et abinde citra Domus ipsa crevit et auxit proventus ac redditus quia de anno 1546, die prima Decembris, quidam Joannes de Cepo eandem Domum et Eleemosinam illius eredem universalem instituit, seu verius substituit, et que cum amplum patrimonium hereditaverit,

657 v

Redditus et proventus dicte Domus effecti fuere pinguiores.

Et quidem testator antedictus modum adhibuit dispensationis eleemosine antedicte, statuens ut in die secunda mensis Novembris, in quo omnes fideles defuncti commemorantur.

Distributio fiat in tanto panno pro pauperibus induendis, quos adiuvaré voluit quatuor gubernatores, qui ex Civitate Cherii et tunc eligebantur pro ut et de presenti eliguntur, ut cum eis nobiles Cattelanum Tavanum, Jacobum De Camino, et Michaelem Perazzonum, ea declaratione apposita sub istis provisio exhibitis utique, ita etiam et tali modo quod quodcumque contigerit Cattelanum, Jacobum et Michaelem, seu eorum alterum decedere, tunc et eo casu voluit testator predictus, iussit et ordinavit iuxta predicta omnia et singula, ad dictam distributionem pauperibus fiendam ut profertur et interesse, ipsam distributionem et alia prescripta fieri et adimpleri ac exequi et executioni mandari per antiquiorem prenominatorum et eorum quomodolibet legitime descendentem; si nullus superesset ex descendentibus ipsius defuncti, per antiquiorem de progenie seu parentela eiusdem defuncti, ita et taliter quod semper antiquior de progenie seu parentella illorum de Tavanis et antiquior illorum de Camino et antiquior illorum de Perazzonis gradatim interesse debeant in premissis et circa, et quod tres, una cum predictis gubernatoribus, eleemosinam distribuant et distribuere debeant ut supra, ita et taliter quod ipsi gubernatores Eleemosine nihil distribuere possint seu alio quovis modo administrare sine presentibus tribus de prenominatis progeniis et parentellis aut saltem nisi eorum interveniat consensus.

658 r

Et exinde multa alia testamenta confecta fuere, et pia largitione fidelium in testamentis predictis facta, adeo ut adauxerunt redditus et proventus, ita quod ex bonis stabilibus que de presenti possidet Pia Domus predicta percipiunt administratores predicti sacchos octuaginta quinque frumenti, fabarum autem et leguminum tredicim, ex afflictis perpetuis annualibus ducatos tres et ex redditibus viginti octo locorum in comperis civitatis Janue scuta viginti vel circa ad nomen florenorum octo pro quolibet scuto, et insuper Domus ipsa est dotata etiam de iornatis triginta terre boschive.

Habet deinde jus exigendi quamplura legata et infinitos fere afflictus perpetuos qui sunt inexigibiles et nihil exigitur ex eis vel propter inopiam debitorum vel propter occultationem bonorum, cum plures ex testatoribus absque herede decesserint et plerique vel hereditatem recusaverint vel eam sic iacentem dimiserint ita quod Gubernatores non habentes veram certam convenientiam sic [...] et [...] Dimiserunt. Decreverunt tamen, ut dixere, diligenter [...] Querere an signa aliqua testatorum reperiatur, que si reperiuntur [...] Agere constituere postquam dubitant in personas [...] Heredum. Ad quod peragendum idem Dominus Visitator maxime hortatus et aiatus fuit dictos Dominos Gubernatores.

Et quia redditus et proventus predicti administrantur per unum syndicum qui semper eligitur per quatuor Administratores

Predictos cum suis iunctis de quibus supra, ad nutum tamen et ex dispositione Gubernatorum predictorum, seu thesaurariis ab eis electis, qui deinde in fine cuiuslibet biennio rationem reddunt de omnibus administratis ab eis renditis, propterea Rector sive Prior Disciplinatorum societatis Sancte Crucis interest et electioni ipsius syndici et redditioni rationis, pro ut et retroactis temporibus interfuit, et constat per sententiam exhibitam atque superinde latam de anno 1545 et de mense Aprilis eidem Rev.mo Domino Visitatori exhibitam et per eum visam et lectam. Et cum intentioni dicte nullus quidem dixerit, lata etiam sententia de qua supra, decrevit Priorem ipsum vel eius subpositum ad predicta semper evocari, juxta casum, formam et tenorem dicte sententie, et non aliter nec ultra. Decrevit insuper ac mandavit adhiberi presentiam redditioni rationum predictarum Rev. Mi Domini Archiepiscopi seu illius vicarii iuxta dispositiones Concilii Tridentini, cum decreto quod rationes administrationis semper reddi debeant in fine officii inter dies quindecim post finitum officium, sub pena perpetue inhabilitatis ad administrandum et excommunicationis, non tamen impediendo legitimam approbationem per ipsos Dominos Gubernatores.

Redditus omnes et productus de quibus supra in usum pauperum dispensantur modo et forma pro ut infra.

Utique quia quotannis dispensantur in pane cocto, semel tamen cocto in anno, sacci decem et octo

Frumenti et quandoque plures et quandoque pauciores.

Item et in grano novo contingentia et pauperum indigentia pro ut et in pecunia numerata et in panno providendo pauperibus brachia duo mille et quem pannum iam vidit esse preparatum.

Item et ligna combustibilia invernali tempore prope festa natalitia dispensantur inter pauperes indigentes.

Item et puerperibus pauperibus per totum fere annum dantur panni ad involvendo pueros.

Item et corpora defunctorum pauperum ad ecclesiasticam sepulturam associantur cum censu dicte pie Domus.

Sindicus dicte Domus consuevit etiam funera intimare et attinentes defuncti convivare et defunctum semper precedit cum dictis intortitiis seu cereis eidem donatis ab iis qui curam gerunt de funere ac etiam distribuit candelas que pie largiri consuevere. Verum quia, ut audivit, syndicus ipse semper accipit intortitia seu cereos ex illis que Ecclesie de jure proveniunt, eidem Domino Sindico precepit in faciem ut de cetero intortitium ipsum seu cereum sub pena sacrilegii.

Cetera vero que vidit in ipsa Domo agi et exerceri pie valde ac bono ordine exactaque diligentia ac summa pietate tractantur, propterea satisfactus et bene edificatus recessit Domum ipsam.

[...] Et quia, ut audivit, quedam allata fuit materia altercandi super eo quod, descendentes ex feminis de linea et parentella eorum qui executores in testamento dicti Johannis De Cepo nominati fuere, in gubernatores recipi contendunt et admitti petant. Propterea, verbis testatoris ac mente

testatoris diligenter pensatis, decrevit descendentes ex feminis predictis nullatenus admittendos, nisi in quantum placuerint et expeditum visum fuerit [ ...] Negotium huiusmodi admissionis et exclusionis [...].

572 r

## **VISITA DELLA COLLEGIATA**

### **DELLA CITTA' DI CHIERI**

28 ottobre 1584. Il sopra citato signor Visitatore, ormai alla conclusione della visita dei luoghi insigni, lasciando l'insigne luogo o città di Moncalieri, è giunto all'insigne luogo e alla nobilissima terra di Chieri. Gli sono venuti incontro moltissimi dei membri più nobili di tale terra. Tutti si sono rallegrati per il suo arrivo. Ed entrato processionalmente, è giunto alla chiesa parrocchiale e collegiata di Santa Maria Assunta dove, secondo le modalità, ha celebrato la Messa, ha tenuto un sermone al popolo e da ultimo ha impartito l'assoluzione ai defunti.

Ha visitato LA SACRA EUCARISTIA che ha constatato essere conservata sulla parete nel lato sinistro dell'altar maggiore, in una finestrella al di fuori ornata di bellissime decorazioni in marmo. Tuttavia ha notato che non era possibile raggiungere il medesimo Sacramento se non in modo indecoroso e molto scomodo, perché non lo si poteva raggiungere senza che il sacerdote salisse sopra un altare al quale quasi ogni giorno si celebra la Messa e da lì il Sacramento si estrae con grande difficoltà e anche con pericolo di scandalo. La medesima finestrella all'interno non è rivestita e la piccola chiave non è dorata e un'unica lampada arde davanti ad esso

572 v

Con un lampadario poco dignitoso. Perciò ha ordinato che in primo luogo venga provvisto di una custodia, ossia tabernacolo, di legno, di forma conveniente, dorato al di fuori e all'interno tappezzato di panno di seta di color rosso, munito di una chiave sicura e dorata, da collocarsi e da tenersi sempre sopra l'altar maggiore e che venga procurato un lampadario più dignitoso.

In seguito bisognerà discutere e decidere sul fatto che alla medesima chiesa competa la cura delle anime e tuttavia ne sia incaricato solo colui che fra i canonici e nel Capitolo detiene la dignità di Arciprete, e affidato alla cura di detta chiesa vi sia un numero di seimila anime delle quali circa quattromila per idoneità ed età abili alla Comunione, e lo stesso Arciprete sul quale principalmente grava la cura delle anime abbia un solo cappellano il quale sostiene da solo il peso della cura delle medesime anime. Ha constatato che nella medesima chiesa c'è un Prevosto che è la prima dignità, un Arciprete, un Cantore e tredici Canonici che attendono ai giornalieri Uffici sia di notte che di giorno, cantano la Messa Conventuale e celebrano anche più messe lette. Ma non tante quante dovrebbero. Tutte cose delle quali si è riservato di discutere e deliberare in una o più riunioni del Capitolo e nel modo in cui in seguito avrebbe ritenuto di risolvere (la questione). Intanto, proseguendo la visita,

È stato informato che a Pasqua la santa Comunione viene amministrata promiscuamente agli uomini e alle donne, e in un calice perché non c'è nessun altro recipiente. Il vino della purificazione viene bevuto in un vaso di vetro. Dopo la Comunione non viene chiesto nulla esplicitamente, ma ciò che viene dato come offerta viene accettato con ringraziamenti e viene ricevuto dal sacrista che dipende dal Capitolo. Non si sa, tuttavia, se tutti i parrocchiani abbiano fatto la Comunione perché non si fa nessuna registrazione. Perciò ha ordinato di procurare un libro, da dorarsi ed ornarsi, sul quale elencare ogni anno tutti coloro che, soggetti alla stessa parrocchia, sono capaci di dolo e nessuno d'ora in poi sia ammesso alla Comunione se non si è confessato o dallo stesso curato o da altri sacerdoti approvati dall'ordinario da lui autorizzati.

AGLI INFERMI il Sacramento viene portato in modo molto solenne, perché, suonata la campana, i Confratelli della Società si radunano e con non meno di quattordici torce accompagnano il Sacramento sotto il baldacchino. E vengono portate sempre numerose particole, e quelle che avanzano vengono riportate alla chiesa con la stessa solennità con la quale erano state portate all'infermo. Tuttavia, poiché non hanno lanterne, ha ordinato che ne procurino almeno due.

Il territorio si estende per due miglia, e (perciò) agli infermi così distanti dalla chiesa il Sacramento non viene portato, ma ad essi i frati di vari ordini amministrano il Sacramento della Penitenza e, secondo quanto è stato detto, anche senza autorizzazione del Curatore danno la sepoltura ecclesiastica alle salme dei più giovani. Perciò ha ordinato che tutti i religiosi vengano convocati per ascoltare tutto quanto egli dirà e deciderà per il futuro.

I MATRIMONI vengono pubblicati in chiesa e celebrati in essa con il rito prescritto, e gli sposi e le spose vengono uniti in matrimonio dallo stesso Curato previa la benedizione dell'anello. Gli sposi e le spose la sera o nel pomeriggio vengono benedetti. Perciò ha ordinato che in seguito tutti gli sposi e le spose non siano più benedetti se non la mattina e durante la Messa solenne. Con anche la disposizione che in seguito non si debbano pubblicare i matrimoni se allo stesso Curato risultasse che lo sposo e la sposa non sanno recitare correntemente il Padre Nostro. I nomi dei contraenti vengono sì scritti in un libro, ma che si presenta in cattive condizioni. Perciò ha ordinato di procurare un altro libro nel modo di cui sopra.

LE DONNE DOPO IL PARTO vengono benedette in casa propria senza altro rito, perciò ha ordinato di osservare le sacre norme contenute nel libro rituale.

LA DOTTRINA CRISTIANA non viene insegnata. Perciò ha ordinato di insegnarla e che in tutti i giorni festivi i fanciulli vengano convocati al suono delle campane e che si istituisca la Società della Dottrina Cristiana come previsto dalla Bolla del papa Pio V.

Ha visitato poi IL FONTE BATTESIMALE che ha constatato essere situato in una cappella separata dedicata a San Giovanni Battista. Ed ha constatato che è di pietra ed anche duplice. In una vasca è conservata l'acqua battesimale; nell'altra viene versata l'acqua nel momento in cui vengono

battezzati i fanciulli. Ha constatato che la medesima acqua è ben pulita, ed è stato informato che viene rinnovata ogni anno e che la vecchia viene versata nel sacrario. E poiché per caso è stato presentato un fanciullo per essere battezzato, lo stesso Rev.mo Signor Visitatore ha voluto vedere mentre veniva battezzato, ed ha constatato che il Sacramento viene amministrato secondo il rito e che non viene commesso alcun abuso. Ha ordinato tuttavia che il fonte venga circondato con balaustre di legno ben lavorate al tornio e di mantenere la piramide del predetto fonte sempre coperta con un conopeo di lino, e così in basso. Ha stabilito che in futuro

574 v

Nessuno venga ammesso a fare da padrino o madrina senza aver prima bene e con voce intelligibile recitato il Padre Nostro, e che si procuri un recipiente d'argento con il manico per versare l'acqua come anche altrove spesso ha ordinato.

Ha visto quindi il vasetto di bronzo in buono stato nel quale viene conservato l'olio dell'estrema Unzione la quale, secondo quanto gli è stato riferito, viene amministrata agli infermi da un sacerdote vestito di cotta e munito di stola preceduto dalla croce senza asta, affinché l'anima degli agonizzanti venga raccomandata nel tempo opportuno. Ma poiché l'infermo viene poi lasciato solo, ha ordinato che in futuro egli non venga lasciato se non dopo essere spirato.

Ha visto poi un altro vasetto di stagno bipartito nel quale vengono conservati i Sacri Oli del Crisma e dei Catecumeni, che vengono rinnovati ogni anno. Quelli vecchi vengono bruciati e immessi nel sacrario.

Come si è già detto, l'Arciprete che funge da Curato risiede personalmente presso la chiesa medesima, nella casa detta Arcipretura, ed è sempre a disposizione delle richieste di chiunque, e quando è impegnato e impedito dagli atti della cura d'anime, viene dispensato dal coro, e tuttavia è fatto partecipe (dei diritti dei Canonici) come gli altri

575 r

Che sono personalmente presenti come hanno affermato il Rev. Signor Prevosto e i Canonici. Allo stesso tempo, tutti hanno affermato che gli emolumenti incerti che provengono dalla cura d'anime vengono divisi ugualmente fra i membri del Capitolo e lo stesso Arciprete è messo a parte dell'utile e così pure è messo a parte di tutti gli oneri e di tutte le spese che si presentano.

